





I

14. Stiebitz, Francus Fulvianus: De metaphysica negotiose
otiosa.

1737.

1. Alberti, Michael: De peccationibus usu medico.
2. Boehmerus, Julius Henricus: Sanctionum pragmaticarum solum
et auctoritatem . . . placidæ . . . disquisitioni exponit.
3. Boehmerus, Julius Henricus: De suspectis conversionum
formulis.
4. Curanch, Francus Tobias: De sorte fallaci et de serena
leg. 177 §. De verb. signif. j. ante leg. 65. §. De reg. j. j.
per disputationes scholasticas publicas in auditu et ad eas
audientes patronos atque futores . . . invitata . . .
- 5^a = Curanch, Francus Tobias: De reprobatione per delationem
jussu jurem. Licita. 3 Sumpl. 1737 - 1756.
- 6^a = Curanch, Francus Tobias: De vera intale conceptionis Legitima-
tionis et causam. 2 Sumpl. 1737 & 1755.

7. Hinzeus, Fr. Gode: De reductione morborum ad
justum pretium.
8. Fumellus, Joannes: De nonnullis ad syncretismum
medicum pertinentibus.
9. Fumellus, Joannes: De fermentatione putrescentia
sua putrefactione.
10. Fumellus, Joannes: De pectoris inflammationibus interioribus
Lange, Joann. Baptista et Krüger, Daniel. ^{Famil. Gallie}
10^o ~~Michael, Christianus~~ ^{Benedictus}: Epistola De jure utrae ce
necis, abrum illud ex verbis erod. 21. Can. 20. 21. Officii con-
flarique possit, nec ne? alyque inscriptis, quibus Ch. Benet
Michaeli . . . gratulantur.
11. Michaelis, Christianus Benedictus: De peronomoria
sacra.
12. Pth, Martinus Haur: De justitia Legis (amor ex amore)
et sapientia conspicua accessoria et praecipua la jure
divini etc.

- II
13. Schulze, Joann. Henricus: De munis Thasiarum.
14. Schulze, Joann. Henricus: De vestitus ratione ad
relectationem.
15. Wolff, Chares Abraham: De morborum incerta
ratione suppressorum ratione
16. Thomasius, Ch.: De iure circa pharmacopolia civitatum. Recusa 1737.
[h. ed. 1697]

III



Halle, Dinn. 1737

*mit Wappen in Kupferst. d.
über der Dedicationsepisel.*

2.
26
1737
5

DISSERTATIONE IVRIDICA

SANCTIONVM
PRAGMATICARVM
INDOLEM
ET
AVCTORITATEM

PRAESIDE
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORE
DN. IVSTO HENNINGIO
BOEHMERO

ICTO POTENTISS. REGI BORVSS. A CONSIL. INTIM.
FACVLT. IVRID. PRAES. VICAR. ET P. P.

EBERHARD. FRIDER. WILHELMVS
L. B. DE ELLRICHSHAUSEN

S. R. I. EQVES

D. XX. APRIL. M. DCC. XXXVII.

H. L. Q. S.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISIONI EXPONET

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS IOAN. FRIDERICI GRVNERTI ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

DISSENTATIONE IN IURIS
SANCTIONVM
PRAGMATICARVM
INDOLEM
ET
AVCTORITATEM
AC DEBET TRIBER OMNIBUS DIRECTORIBUS
D. IUSTO HONORIS
LONN
ICHTOTENTIS REE HONORIS A CONSULIUM
L. ERHARDT FRIDRICH
L. DE IURIS
HABITUS IURISPRUDENTIUM
VITAE HONORIS
VITAE HONORIS



SERENISSIMO PRINCIPI REGIO
AC DOMINO

DOMINO

FRANCISCO

STEPHANO

DVCI LOTHARINGIAE

ET BARRENSI

REGI HIEROSOLYMAE

MARCHISIO

DVCI


CALABRIAE GELDRIAE MONTISFERRATI
IN SILESIA TESCHENAE ETC.

PRINCIPI CAROLOPOLIS
MARCHIONI

MVSSIPONTI ET NOMENAEI
COMITI

PROVINCIAE VALDEMONTIS ALBIMONTIS
ZVTPHANIAE SARVERDENAE SALMAE
ET FALCKENSTEINAEI ETC. ETC.


DOMINO MEO INDVLGENTISSIMO



Gründler del. Falca.

Liebe. sc.

SERENISSIME ATQVE CELSIS-
SIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME



*Va veneratione augustissimos
principes, qui in summa prae-
clarissimarum virtutum sunt
admiratione, omnes prosequi
solent,*

solent, litterariis etiam monumentis eorum nomi-
nibus consecratis: eodem *TE*, *SERENISSIME*
atque *CELSISSIME PRINCEPS*, quem &
TVORVM & commune quoddam humani gene-
ris delictum salutat melior orbis, religionis cultu
obseruare volui debuique, leuidentibus hisce pagel-
lis ad solium *TVV* Augustale in deuotionis atque
obsequii submissi significationem depositis. Neque
mihi verendum fuerat, ut grauius forte oculi *TVI*
pios hosce conatus ferrent, cum cognitum habe-
rem, quanta artibus & studiis pretia statuere,
quantoque inprimis & quam singulari prorsus
omnes, qui litterarum castra sequuntur, suscipere
soleres indulgentia. Hoc inter excelsas, quibus
maiorum *TVORVM* non exaequas modo glo-
riam, verum per tot etiam gradus superas, laudes,
maximum *CELSISSIMI NOMINIS TVI* de-
cus: virtuti *TVAE* iunctum esse bonarum artium
amorem, *TE* litteratos fouere, ac tueri, atque au-
gusto patrocinio dignari. Atque eo certiore præ-

entis

X 3

sertim

sertim de benignitate *TVA* mihi spem concipere
licuit, quo expressiora gratiae argumenta ex stare
in gentem meam voluisti clementissime. Referrem
tot beneficiorum genera, immortalibusque laudi-
bus extollerem summam, qua auunculum, Comi-
tem de Neipperg prosequeris, & etiam nunc exor-
nas clementiam; nisi celsitatem animi *TVI* &
magnitudinem perspectam haberem, qua gratiae
summae argumenta mauius edere, quam actionum
& beneficiorum *TVORVM* admittere praeco-
nem etiam iustissimum. Inter tot bonitatis ac muni-
ficentiae *TVAE* documenta cum de *TVA* gra-
tiosa in me voluntate ambigere haud possim: fi-
dientiori nunc manu argumentum offero, in rebus
omnino seriis ac grauibus occupatum. In sanctio-
num enim pragmaticarum indole eruenda atque
in earundem auctoritate stabilienda versatur, id-
eoque ea principia complectitur, ex quibus cele-
berrimae istius sanctionis pragmaticae, in augu-
stissima *DOMO AVSTRIACA* conditae, san-
ctitas

ditas atque aeternitas explicari potest. Est au-
tem haec **LOTHARINGICAE DOMVS** gloria
atque felicitas, quod ipsius iuxta atque augustae
AVSTRIACAE DOMVS non communis so-
lum sit origo, sed haec augustales quoque familiae
per auspiciatissimum connubium felicissimo omine
vinculo rursus arctissimo coniunctae sint ac con-
glutinatae. Det igitur supremum & maximum
numen, ut illud non solum faustum per omne tem-
pus ac **DOMVI TVAE** in aeternum gloriosum
& salutare existat: sed & ista sancti pragmatice,
quae in utriusque **AVGVSTISSIMAE FA-
MILIAE** decus atque aeternitatem, nec non in
communem & Germanici Imperii & uniuersae Eu-
ropae salutem ac tranquillitatem prouidentissimo
& sapientissimo consilio est constituta, sancta sem-
per sit atque inuiolata, & perpetuitatem tandem
consequatur. Haec & fausta quaeuis ac felicia
uouent omnes atque augurantur, qui **TE, CEL-
SIS**

*SISSIME PRINCEPS, TUA Sque virtutes
in illustri loco positas, suspiciunt, & piissimo men-
tis cultu reuerentur: haec vota omnium sunt popu-
lorum: haec tandem religiose adprecatur, qui gra-
tiae TVAE etiam atque etiam perpetuo commen-
datus esse cupit*

**SERENISSIME AC CELSISSIME
PRINCEPS,**

**DOMINE CLEMENTISSIME,
REGIAE SERENITATIS TVAE**

Dab. in reg. Fri-
deric. d. xx. April.

M DCC XXXVII.

Cultor deuotissimus subiectissimusque

EBERH. FRID. WILHELM. DE ELLRICHSHAUSEN.



DISSERTATIO
DE
SANCTIONVM
PRAGMATICARVM
INDOLE.

CAPVT I.
DE
SANCTIONIBVS PRAGMATI-
CIS EX MENTE IVRIS ROMANI.



Europæ principum

§. I.
Anctiones pragmaticæ cum Argumenti dignitas.
in imperii Romani scriniis maxi-
me frequentatæ, tum in imperio
nostro Germanico & olim haud
incognitæ fuerunt, & etiamnum
summopere celebrantur. Nemi-
nem enim nisi sui temporis incu-
riosum ignorare autumo, omnes
curias *sanctione* ita *pragmatica* oc-
cupari,

A

cupari, quam inuictissimus imperator noster CAROLVS VI. de successione futura in regnis prouinciisque Austriacis omni studio atque prudentia erigendam curauit, vt ideo accuratiori consideratione digna omnino de *sanctionibus pragmaticis* doctrina visa fuerit. Nihil itaque præter rem me fecisse persuasum habeo, quod de hoc insigni argumento quædam in scenam producere constituerim, paulo penitius inquisiturus, quo sensu quauē occasione appellatio *sanctionum pragmaticarum* ex iuris Græco-Romani penu in Germaniam transferit, quodue pondus illa hodie habeat.

§. II.

Quæ vero AVLVVS GELLIVS (a) in LABEONE ANTISTIO *imprimis commendanda esse* putauit, quod videlicet latinarum vocum origines rationesque percalluerit, eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vsus sit: ea cum cuilibet iurium indagatori tum mihi de *sanctionibus pragmaticis* acturo in exemplum atque imitationem industriamque propofita esse, persuasissimum habeo, ideoque ab hac methodo me haud auelli passus sum. Videlicet *sanctionis pragmaticæ* vocabula, raro in iuris prudentia exemplo, *græcæ* simul & *latine* originis sunt, cum pleræque, (b) quæ iuris notiones completuntur, voces non peregrinæ sed ex ipso Latio sunt repetitæ. *Sanctionis* quidem vox extremam legis partem (c) apud Romanos denotabat, qua de *perpetua* eius *sancti-*

Etymologica
consideratio
sanctionum
pragmaticarum.

Sanctionis pra-
gmaticæ vox
græcæ & lati-
næ originis.

(a) In *noctibus Atticis*. L. XIII. cap. X.

(b) Nam pedetentim quædam ex græco sermone in iuris prudentiam nostram assumpta sunt, vt vel appellatio *hypotheca*, & *pragmaticorum* in l. 9. §. 4. de *pæn. similibus* docet.

(c) L. 41. D. de *poenis*.

sanctitate cauebatur, pœna grauiori iis irrogata, qui præceptis legis non obtemperauerint. Inde CICERO (d) *leges sacratas fuisse* scribit, aut genere ipso, aut obestatione legis, aut pœna, cum caput eius, qui contra faxit, consecratur. Nam præter alias pœnas, legibus adici solitas, hæc maxime formula solennis fuerat: qui contra faxit, sacer esto. (e) Cum itaque leges per huiusmodi formulas veluti sancte cicerentur, seu, vt vocabulo exinde composito vtar, sancirentur: (f) hæ legum clausule SANCTIONES dictæ, & ipsæ tandem leges sub oratorica, quæ partis pro toto vocari solet, figura hac voce denotari cœperunt, instar constitutionum sanctarum & ab omni violatione exemptarum; vt ideo *sancire* idem sit, ac aliquid in a constituere, vt eadem, qua res sancte, ratione impune violari non possit. Cum qua explicatione optime conspirant, quæ non solum MARCIANVS habet in l. 8. D. de rerum diuisione, qui in commune *sanctum* appellat, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est; sed etiam quæ exinde IVSTINIANVS in Institutionibus cit. loc. lit. f. ad leges eleganter transfert, quippe qui ideo eas legum partes, quibus *pœne* in eos, qui contra leges fecerint, constituuntur, *sanctiones* vocari affirmat.

Extrema legis pars dicebatur sanctio.

Deinde leges ipse sanctiones dictæ.

A 2

§. III.

(d) In Oratione pro Cornelio Balbo cap. XIV.

(e) BARNABAS BRISSONIVS de formulis populi Rom. lib. II. n. XX. p. 129.

(f) §. 10 Inst. de rerum diuisione. Quid? quod sancire idem sæpe, quod plectere & punire sit, obseruante BUDAEO in forens. p. m. 44. Illustrat hoc ipsum loco valde accommodo CICERONIS ex lib. 3. de LL. desumpto aientis: *Noxia pœna paretur. Quisquis plectatur: vis capite: auaritia multa: honoris cupiditas ignominia SANCIA TVR.*

§. III.

Pragmatici autem appellatio originis græcæ ciuitate Romana donata est, vox vsitata admodum, & in curiis seriniisque principum frequentata. *πράγματα* autem Græcis in genere *rem* seu *negotium* audit. Quemadmodum vero RES in augustiori significato apud Romanos *causas publicas* earumque rationes denotant, ea que propter principes *rebus præesse*, & *summam rerum tenere* dicuntur: ita eodem apud Græcos sensu *πράγματα causas* & *negotia publica* designarunt. (g) In concilio (h) Constantinopolitano III. principes ita alloquuntur patres: *εὐλαβέσασθαι τῶν πραγμάτων δεσπότες, piissimi rerum domini.* Eodem sensu *πραγματομαβήν* SVIDAS (i) interpretatur *rerum tractandarum peritum*. Tandem *πραγματικὸν* omne id, quod circa *causas publicas versatur*, significabat, quo sensu illæ apud CICERONEM in *litteris ad Atticum* (k) veniunt: *tu si quid*, inquit, *πραγματικὸν habes*, scribe. Inde rescripta in *causis publicis* lata Græcis *πραγματικά βασιλικά* (l) vocabantur, quod *causæ publicæ* in illis exponerentur cum suis *causis*, & latius proponerentur, eodem sensu, quo *pragmaticam historiam* dicimus, id quod in *annotatione* haud fiebat (m). Illutri testimonio hoc clarum

Vnde rescripta, in causis publicis lata, πραγματικά βασιλικά vocantur.

III 2

(g) Frequentes sunt Græcorum sententiæ: *οἱ τὰ πράγματα ἔχοντες; οἱ ἐν τοῖς πράγμασι*, primates qui res administrant; *πράγμα γρη῏ας*, numeræ publicæ obire vid. *Dictionarium Græco-Latinum Romanum* voce *πραγματικὸν*.

(h) Apud HARDVINUM in *actis conciliorum tom. III. p. 112.*

(i) *Fomo II. p. 582.*

(k) *Lib. XIV. epist. III.*

(l) Apud HARDVINUM *l. c. tom. II. p. 606.*

(m) SALMASIVS *de subscrib. & sign. testam. c. 26. p. 266.*

clarum & manifestum redditur ex *canone XII. concilii Chalcedonensis*, (n) cuius hæc imprimis verba notanda: *δια πραγματικῶν βασιλικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέμενον*; seu vt latina versio habet: *per pragmaticam formam in duo prouinciam vnã diuiserunt.*

§. IV.

Verum in eruenda *pragmaticarum sanctionum* etymologia in aliam sententiam abit præstantis doctrinæ vir IACOBVS GOTHOFREDVS (o) qui cum SALMASIO (p) obseruat, *rescripta imperialia* quæuis Romanis FACTA appellata fuisse, quod pluribus scilicet verbis, & longiori tractatu habito, concepta essent, eoque sensu *πραγματικά* vocari Græcis. Quæ autem vir eruditissimus huius sententiæ stabiliendæ ergo in medium profert argumenta, nec omni exceptione maiora esse, nec causam omnem conficere videntur. IULII CAPITOLINI (q) potissimum testimonio vtitur, de OPILIO MACRINO sic edisserentis: *Fuit in iure non incallidus, adeo vt statuisset, omnia rescripta veterum principum tollere, vt iure non RESCRIPTIS ageretur: nefas esse dicens leges videri Commodi & Caracalli & hominum imperitorum voluntates, cum Traianus ad libellos nunquam responderit, ne ad alias causas FACTA præferrentur, quæ ad gratiam COMPOSITA*

Reicitur *Ety- mologia* Gothofredi & Salmasii, qui *rescripta* eodem modo, quo Romanis FACTA, Græcis *pragmatica* appellata esse censent.

Obiectio I. ex Iulio Capitolino.

A 3

VIDE-

- (n) Vel etiam *πραγματικῶν τύποι* dicuntur in *Basilicis L. 23. & 24 de principibus & legibus principi obl. tom. I. p. 110. & III. nec non* *ἑῶν πραγματικά* in concilio Chalcedonensi apud HARDVINVM in *act. concil. tom. II. p. 437. E.*
- (o) In *commentario ad cod. Theodosianum lib. I. tit. 2. l. 9. tom. I. p. 25.*
- (p) In *not. ad Capitolin. in vita Gordian. c. 5.*
- (q) In *vita Opilii Macrini cap. XIII.*

*Resp. quod ibi
Facta instar
nomini sub
stanti accipi
nequeant, sed se
referant ad
verba præce-
dentia, rescri-
pta scilicet
principum.*

*Obiect. II. ex
eodem scripto-
re.*

*Resp. quod ibi
per factum
imperatorium*

VIDERENTVR. *Quem locum* GOTHOFREDVS ita interpre-
tatur, vt FACTA pro nomine substantiuo eiusdem cum
rescriptis significatus explicet, cum tamen ex integro
verborum nexu pateat, *facta* ad *rescripta* principum, in
præcedentibus memorata, & postea per appellatio-
nem *composita* etiam notata, se referre, quippe de qui-
bus sermo fuerat: ideoque hunc verborum CAPITOLINI
sensum esse, ne rescripta, quæ ad gratiam composita
videbantur, tanquam ad alias causas facta, data, & impetra-
ta legibus præferrentur. Vt plurimum enim rescripta
in causis priuatorum, sine matura causæ cognitione &
sæpe in gratiam supplicantis impetrabantur, quam ob
rem TRAIANVS ad *libellos* nunquam respondisse dicitur, h.
e. ad nudas preces supplicantium, seu ad *libellos supplices*,
quod indicat *tit. C. quando libellus princ. datus* &c. Hoc
sensu VLPIANVS ait: (r) *omnia quæcunque causæ cognitio-
nem desiderant, per libellam expediri non possunt*, certo in-
dicio, rescripta ad eiusmodi libellos data, debita causæ
cognitione caruisse. Alterum testimonium, quod ex
IVLIO CAPITOLINO (s) profert, ita sese habet. *Exstat eorum
acclamatio, que a Iunio in litteras relata est. Nam cum
quodam die FACTVM IMPERATORIVM legeret, atque a pro-
consulibus Scipionibus capisset, acclamatum est: Nouo Scipio-
ni, vero Scipioni, Gordiano proconsuli. Memorat CAPITOLINVS,
Gordiano Africæ Proconsuli ab Afris acclama-
tum fuisse, velut alteri & vero Scipioni. Cuius rei
hanc ostendit occasionem, GORDIANVM videlicet factum
imperatorium, seu, vt interpretor, res gestas ducum & im-
peratorum legisse, in iisque primum occurrisse Scipio-
num*

(r) In l. 71. de R. l. l. 9. §. 1. de offic. proconsf.

(s) In Gordianis cap. V.

num gesta, eoque statim momento ipsi esse acclamatum. Quæ interpretatio rerum circumstantiis congrua est, cum contra illa, quam GOTHOFREDVS cum SALMASIO (t) proponit, petat id, quod est in principio, illis *factum imperatorium de rescriptis pragmaticis* explicantibus, cum tamen ista voce *sanctiones pragmaticas* venire, nondum fuerit probatum, nec ex adiecto loco probari queat; quis enim vnquam dixerit, SCIPIONES *proconsules rescripta pragmatica* edidisse, quorum *factum imperatorium* tamen legisse dicitur GORDIANVS, vt mirer GOTHOFREDVM a SALMASIO se decipi passum fuisse. Denique si appellatione *facti*, absolute positi, *rescripta pragmatica* essent intelligenda, quænis rescripta etiam in vsu priuatorum data, horum appellatione venirent, de quibus locus CAPITOLINI prior primario accipiendus, quod tamen ipsemet SALMASIVS haud admittit. Equidem subinde prouocat ad SCALIGERVM, qui in *Ausonianis lectionibus* primus vulgavit constitutionem FL. CONSTANTINI, cuius inscriptionem IVRETVS ad *Symmachum* hanc fuisse dicit: FACTVM FL. CONSTANTINI AD AGRICOLAM *pref. prætorio GALLIARVM*. Enimuero vix quisquam dubitabit, *edictum hoc loco* subintelligi, vel *rescriptum*, quod ad *prefectum prætorio* fecerat. Denique quamvis prætores olim suis edictis adscriberent: *bonum factum!* omnis tamen ratio huius formulæ non in voce *facti*, absolute positi, sed in particula adiectitia *boni* consistebat, sine quo haud indigitabat, quod indigitare debebat. Illud denique constat, huius vocis vsus in *scrip- nis imperatorum* non inualuisse, cum in tot constitutionibus, *codici Iustiniano & Theodosiano* insertis, nusquam peria-

res gesta imperatorum seu ducum belli denotantur.

(t) Ad *Iulium Capitolinum l. c.*

periat, facta loco *rescriptorum* adhiberi, vt iam credibile non sit, *rescripta pragmatica* eo sensu, quo antea *Facta* dicta esse asseruntur, post *pragmatica* esse appellata. Ceterum *sanctio pragmatica* subinde absolute vocatur

Synonima sanctionum pragmaticarum.

pragmatica (u), vel etiam *sacra pragmatica* (x), *pragmatica forma* (y), *diuina pragmatica lex* (z), *pragmaticum rescriptum* (a), *pragmaticus typus* (b) & quæ sunt eius generis alia.

§. V.

Sanctiones pragmaticæ sunt species rescriptorum.

Euoluta etymologia, *sanctionum pragmaticarum* conceptus penitior & indoles eruenda est. Sciendum itaque est, sanctiones pragmaticas fuisse rescriptorum speciem ad instantiam & petitionem quorundam emissas atque prolatas. Id non tantum generatim demonstrat rubrica Codicis *de diuersis rescriptis & sanctionibus pragmaticis*, docetque, sub hoc titulo varias rescriptorum species & speciatim *sanctiones pragmaticas*, ceu eorum

- (u) Vt in *L. 36. cod. Theod. de annon. & tribut. L. 3. C. Th. de decurionibus L. 52. cod. Theod. de heretic. & in concilio Chalced. apud HARDVINVM c. l. tom. II. p. 444. & 437.*
- (x) In *Nou. CXXI. in f.* in *edito IX. IUSTINIANI*, & in *constitutione Tiberii*, quæ inscribitur, *sacrum pragmaticum TIBERII Augusti*, nec non in *concilio Epbefino* apud HARDVINVM c. l. tom. I. p. 1720. vbi *ἡ ἐπιτομή* appellatur.
- (y) In *edito VII. IUSTINIANI & in concilio Chalcedon.* apud HARDVINVM cit. l. tom. II. p. 606.
- (z) In *Nouell. LXIV. in f.*
- (a) In *collatione Carthaginensi cognit. III. n. XXXIII.* apud HARDVINVM tom. I. p. 1149.
- (b) In *Nouell. VII. c. IX.* & in *concilio Chalcedonensi*, apud HARDVINVM tom. II. p. 437.

rum species, referri, sed clarissime etiam euincit *l. 7. C. cit. tit.* atque designat, ad *fusas preces* sanctiones pragmaticas editas fuisse. Illustrat hunc conceptum *collatio tertii diei cum Donatistis* ab AVGVSTINO (c) relata, quam iussu & autoritate HONORII imperatoris, Catholici cum Donatistis, præsentate tribuno & notariò MARCELLINO iudice & cognitore, instituerant, ut ipsum rescriptum imperatoris apud AVGVSTINVM (d) relatum indicat. In collatione & disputatione tertii diei Donatistæ præiudicialem quæstionem decidendam esse constituerunt, quisnam *petitoris* & quis *defensoris* partes sustinere deberet, ut *forensi more* cum ipsis ageretur. Catholici contra urgebant, *causam ecclesie non forensibus formulis, sed magis diuinarum scripturarum testimonis agendam esse*, atque inanem, ut putabant, quæstionem omittendam. In hoc conflictu eo peruentum est, ut IMPERATORIS PRAECEPTVM, quo collationem iussisset fieri, legeretur, ut eo modo *petitorum persona constaret*. Præcepto ergo imperiali recitato, collationem petiisse Catholicos, declaratum est, eamque esse concessam. Ne sic quidem acquieuerunt Donatistæ, sed etiam *preces, quibus ab eis illa collatio petita est, postulare coeperunt*, quibus tamen recessit cognitor, in PRAGMATICO RESCRIPTO *preces inferi non solere*, quod apertissime prodit, has sanctiones *ad preces quorundam editas prolatasque fuisse*, quæ in sequentibus ea de causa *imperiales litteræ* a cognitore vocantur. Obseruandum autem est ex adductis circumstantiis, 1) *pragmaticum rescriptum fuisse editum ad instantiam vniuersitatis Catholicorum*: 2) in hoc collationem, præsentate cognitore, inter hos & Donatistas fuisse præceptam: 3) *pa-*

Earum notio eruitur (L) ex rescripto pragmatico Honorii de collatione inter Catholicos & Donatistas instituenda.

quod (1) ad preces vniuersitatis Catholicorum, (2) de collatione inter eodem & Donatistas instituenda,

B

(c) Tom. IX. oper. p. 554. edit. Paris.

(d) Tom. IX. in append. p. 49.

(1) pacis pu-
blica ergo,
(4) precibus
ipsis tamen re-
scripto non in-
ferriis,
(5) adhibito
consilio man-
riori datum
erat.

(II) ex consi-
deratione Zeno-
nis.

Sanctionum
pragmatica-
rum definitio.

Ex L. 15. C. de
prox. sacror.
scrip. frustra
probat, illas
adhibito san-
ctiori consilio
ferri debere.

cia publica reducendæ causâ: 4) preces tamen eiusmodi rescriptis haud necessario fuisse insertas, quod ratio salutis publicæ promouendæ sufficere visa fuerit, ad præceptum iniunctum expediendum: 5) hanc eandem quoque rationem postulasse, ut pragmatica rescripta *adhibito consilio & prolixiori stylo* ederentur, quod salutis publicæ causam concernerent, quod etiam recte obseruat SALMASIVS *cit. l.* Hanc notionem pragmaticarum sanctionum etiam confirmat imperator ZENO (e) & *functiones pragmaticas, inquit, non ad singulorum preces super priuatis negotiis proferri: Sed si quando corpus aut schola vel officium vel curia vel ciuitas vel prouincia, vel quedam vniuersitas hominum ob CAUSSAM PUBLICAM fuderit preces, manare decernimus, ut in his etiam veritatis questio reseruetur.* Ex his præmissis sequentem stuo definitionem, quod SANCTIONES PRAGMATICAE *sint rescripta imperatorum ad cuiusdam vniuersitatis vel officii publici preces, præuio consilio sanctiori, de causâ publica pleniori stylo edita.* Equidem in *cit. l. 7.* haud memoratur, sanctiones pragmaticas *adhibito consilio sanctiori* editas fuisse; recte tamen obseruant CUIACIVS, (f) DIONYSIVS GOTHOFRE-
DVS, (g) & IACOBVS GVTHERIVS (h), eam circumstantiam addendam esse, eiusque fundamentum petunt ex *l. 15. C. de proxim. sacror. scrip.* Etenim in *cit. l.* IUSTINIANVS sanctionis pragmaticæ, *suggerente Proculo*, emanatæ mentionem iniicit, indeque colligunt laudati interpretes, PROCVLVM fuisse in consilium adhibicum, id quod

(e) *l. 7. C. de diuers. rescript.*

(f) *In paratit. ad cod. lib. I. tit. 23.*

(g) *In not. ad cit. tit. lit. r. & ad l. 2. C. de bonorum petit. subl. & l. 15. C. de prox. sacror. & scrip.*

(h) *De offic. dom. Aug. lib. I. c. 32. ni XI. m. f. (b)*

quod quidem non adeo perspicue requisitum hoc probat, infra tamen aliis ex argumentis declarabitur. Inde vero simul liquet, iusto angustiore esse, quam PETRVS DE MARCA (i) sibi format *sanctionum pragmaticarum* notionem, atque ad illas ea demum rescripta, quæ ad componendas *provincias* missa erant, refert, quæ vnica causa tamen indolem *pragmaticorum rescriptorum* non exhaurit, vt vel rescriptum HONORII, de collatione inter Donatistas catholicosque instituenda, antea relatum docet.

Petri de Marca definitio eorum indolem non exhaurit.

§. VI.

Ceterum declaratio definitionis datæ non potest rectius conuenientiusque institui, quam ex collatione *sanctionum pragmaticarum*, cum reliquis *rescriptis*, & inde deductis differentiis. Etenim 1) dictum est, *pragmaticas sanctiones* ad preces corporis, vniuersitatum, vel magistratuum, atque officialium publicorum edictas prolatasque fuisse, qua de causa MARCELLINVS *index* & cognitor in causa Catholicos inter & Donatistas datus rescriptum HONORII *pragmaticum* vocat, quod ad *instantiam* & preces Catholicorum episcoporum, pacis reducendæ causa, emissum fuerit. In hoc quoque ZENO in *cit. l. 7.* illustrem & manifestam harum sanctionum a ceteris *rescriptis* constituit differentiam, quæ ad singulorum seu priuatorum preces super causis priuatis proferebantur, communi *rescriptorum*, item annotationis vel subnotationis (k) nomine designata, & a *pragmaticis sanctionibus* distincta. *Sacro encausto* hæc subnotatio fiebat, h. e. *decocti muricis* & *iriti conchylii ardore*, vt loquitur LEO imperator

Illarum indolem ex earundem cum ceteris rescriptis comparatione illustratur.

Differentia 1. sanctiones pragmaticæ ad vniuersitatis cuiusdam preces dabatur.

at (1) rescripta ad priuatorum tantum libellos,

hec adnotationes vel subnotationes dicta, quarum conficiendarum singularis ratio erat.

B 2

(i) De conc. sacerdot. & imp. lib. VI. c. 9. p. 8 p. 27. edit. Lips.

(k) l. i. c. de precib. imp. offer. l. 6. c. de diuers. rescriptis.

tor (l), cuius vsus omnibus interdictus erat, folis scrinijs referuatus, quibus magister officiorum præerat, ad quem lex adducta LEONIS directa (m), idque in hunc finem, vt falsariorum imitationem litterarum principum præcauerent (n). Alibi imperator ZENO sollicitè distinguit *sanctiones pragmaticas, rescripta & annotationes* (o). Idem THEODOSIVS & VALENTINIANVS (p) quoque obseruant, atque *annotationem* ceteraque *rescripta vulgaria*, paucis mentem rescribentis designantia, a *pragmatica sanctione* discernunt. In hoc porro differebant

(2) *edicta principum non ad preces quorundam, sed proprio motu.*

Vniuersitatum preces vel immediate, vel mediate, v. c. per magistratum, ad principem deferrebantur.

pragmaticæ sanctiones ab edictis principum, quæ de quibuscunque causis priuatis & publicis, sed proprio motu, non ad preces quorundam, promulgabantur, atque a potiori legis proprie dictæ generalis vigorem habebant. Parum vero intererat, vtrum ad ipsum principem collegiorum seu vniuersitatum preces dirigerentur, an vero *praeses* prouinciæ vel proconsul vel alius *magistratus preces & querelas* sibi oblatas principi suggereret. Cuius rei insigni (q) exemplo sunt IVSTINI imperatoris *pragmatica constitutio de filiis liberarum in Africam directis*, ad Theodori, Afrorum querelas proponentis, suggestionem decreta, iuxta atque sacratissimi IVSTINIANI *sanctio pragmatica, Vigilii Romani* episcopi petitione ad vtili-

(l) l. 7. C. de div. rescript.

(m) In cit. l. 6

(n) Conf. IAC. GOTHOFRED. ad l. 3. C. Theod. ad L. Cornel. de falsis & STRYK de iure ceræ rubr. & sacri encausti c. vlt.

(o) l. un. C. de monopol.

(p) l. 2. C. de nauib. non excus. lib. XI. l. fin. C. de petit. honor. sublati.

(q) Conf. L. 15. C. de prox. sacror. scrin.

utilitatem eorum, qui occidentales partes inhabitabant, edita, quæ hodiernum adhuc existant adiectæ *Codici Iustiniano*. Ex his lumen accipit §. IV. *constitutionis de Iustiniano codice confirmando*, ubi illæ ciuitatibus vel corporibus vel scholis vel scriniis vel officiis vel *alicui persone* impertiri dicuntur. Quamuis enim supplicationi *personæ cuiusuis* principes non per *sacras pragmaticas formas* verum per *rescripta* respondeant; aliter tamen res sese habet, ubi *persona* quædam *publica* veluti magistratus vniuersi collegii desideria suggerit, cum parum interfit, vtrum ipsa vniuersitas, an ipsius, nomine alius principem supplex adierit: ideoque hoc casu omnino *pragmaticæ* ferebantur, eoque sensu in laudata constitutione alicui *personæ* dari dicuntur. Accedit & hoc, quod *sanctiones pragmaticæ* non semper ad ipsam, quæ supplici principem libello adierat, vniuersitatem, sed ad *superiorem* plerumque, cui illa suberat, magistratum fuerint perscriptæ; vt, quod *causam publicam* concernerent, per iudicem & magistratum effectui manciparentur. Itaque & hac ratione *personæ cuidam* *concessæ* dici poterant: id quod vnico *sanctionis pragmaticæ* IUSTINIANI (r) de *argentariorum contractibus* confectæ testimonio illustrare sufficiat, quæ ad argentariorum quidem, qui Romæ debebant, collegii preces scripta, sed ad *urbis præfectum* TRIBONIANVM executionis ergo est directæ.

§. VII.

Alterum (II) discrimen, quod ex loco AVGVSTINI *Differentia II* supra allatum, ipsas *preces* concernit, quæ regulariter *preces supplicantium regalariter* sacris iussionibus inferendæ erant, sed in *pragmaticis* *san-* *rescriptis* infer-

B 3

(r) quæ inter IUSTINIANI edicta, corpori iuris adiecta, IX locum occupat.

run- tur, non ve-
ro sanctionibus
pragmaticis.

Causa I. quod
causas publicas
concernant, de
quibus princeps
etiam sponte
cauere solet,

II. quod simul
legum genera-
lium vim obri-
neant.

sanctionibus omitti solebant, quamuis nonnunquam quoque preces & supplicationes collegiorum relatæ fuerint, vt declarant *edicta VII. & LX. IVSTINIANI de argentariorum contractibus*, post *Nouellas* adlata, cum constitutione *IVSTINI imperatoris de filiis liberarum*, & *saero pragmatico TIBERII de confirmatione* præcedentis constitutionis *IVSTINI*. Quod autem in *sanctionibus pragmaticis* sæpius preces & suggestiones omiffæ fuerint, inde factum fuisse videtur, quod hæ sacra constitutiones *causas publicas* concernerent; vtilitati autem publicæ inuigilare, suprema imperatoris lex summumque esset officium, cui non solum subditorum precibus monitus sed *sponte* etiam satisfacere tenebatur. Præterea licet rescripta *pragmatica occasione supplicationis*, ab vniuersitate quadam factæ, fuerint decreta: *generalis* tamen legis vim, si id e republica esse videbatur, vt plurimum obtinuerunt, ita vt imperator libello supplici respondens simul *legem generalem* sanxerit (s), ideoque preces sibi oblatas silentio præterire maluerit. Nata inde est regula, *pragmaticis sanctionibus preces inferi non solere* (t), ad quam, vt supra dictum est, prouocat MARCELINVS, quod etiam illustratur ex *collatione Carthaginensi cognitione III. n. XXXVIII.* (u), episcopo, qui *rescripti preces* prælegendas censebat, ita respondente iudice: *Peritiam sanctitatis vestre arbitror non latere, pragmaticis rescriptis preces inferi*

(s) Sic IVSTINIANVS in *sanctione pragmatica*, codicij adiecta, cauet: *quædam disponenda esse censuimus ad vtilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur.* Idem quoque imperator in *edicto XII. de generali legis forma vniuersale remedium* adhibere, asserit.

(t) CUIACIUS in *paratitulis* in *cod. lib. I. tit. XXIII.*

(u) Apud HARDVINVM in *actis conciliorum tom. I. p. 1149.*

*in*feri non solere, id quod supra ex AVGVSTINO etiam probatum dedi.

§. VIII.

Porro (III) sanctiones pragmaticæ ratione expeditionis a rescriptis, ad priuatorum preces emissis, differabant, quod in *diuersis scriniis* fuerint exaratae atque custoditæ. *Scrinia* autem dixerunt veteres *pluteos* vel *armaria*, in quibus *commentarii breues, edicta, epistole, libelli aliaue litteraria documenta* condebantur, vt ait PANCIROLLVS in

Differencia illi cetera rescripta in diuersis, ac sanctiones pragmaticæ, scriniis expediebantur.

Quid *scrinia*?

not. dignit. imp. orient. c. 94. apud GRAEVIUM tom. VII. thes. antiq. Rom. p. 1579. Quatuor in primis sacri palatii *serinia*, in quibus principum constitutiones expedite sunt, ac custoditæ, sub Romanis imperatoribus vtitata fuerunt, *memoriae* videlicet, *epistolarum, libellorum, ac dispositionum* *scrinia* (x). Tribus prioribus qui præfecti erant, *magistri* appellati sunt (y), vel teste LAMPRIDIO (z), *ab epistolis & libellis & a memoria*, qui *scrinia* gerere dicebantur; qui vero proximum magistro *scriniorum* locum tenebant, *proximorum* nomine venerunt (a): ceterum, qui *scrinio dispositionum* præerant, plerumque *dispositionum comites* (b), nonnunquam vero *primi* (c), seu *magistri*

Eorum *quatuor*.

Præerant illis *magistri & proximi*.

(x) l. 1. 3. 4. sq. C. de proximis sacror. *scriniorum*.

(y) l. un. C. de magistris sacror. *scrinior.* & l. ult. C. de diuers. rescript.

(z) In Alex. Seuero c. 31.

(a) *rot. tit. C. de proxim. sacror. scrip.* 1. GUTHERIVS de officiis imp. dom. Augusti l. III. c. VII. conf. GOTHOFREDVS ad l. 1. C. Theod. de magistr. *scrin.* qui, quamuis recto nomine, SALMASII sententiam examinat refutatque in not. ad LAMPRII Alex. Seuer. c. 31.

(b) l. 8. C. de proxim. sacror. *scrin.* l. 10. C. Theod. de proximis *comitibus disposit.*

(c) l. 14. C. Theod. eod.

gistris *dispositionum* (d) sunt vocati, quamuis hi minorem ceteris *scriniorum* magistris, dignitatem habuerint, proximis *scriniorum* duntaxat æquiparati (e). In *scriniis memoriae, epistolarum, & libellorum* rescripta ad supplicum desideria data potissimum expediebantur, magistro *scriniorum* preces imperatori proponente, & secundum eius decisionem rescripta formante. Qui *scrinio memoriae* præerat *magister*, *adnotationes omnes dictabat* & EMITTEBAT, vt ex *notitia dignitatum imperii orientis* patet, seu qui *responsa, dictata, & rescripta principis excipiebat ad libellos supplices, memorialis* ideo dictus (e*). *Memorie* enim sunt *scripturae*. Quis sensus sit vocis *emittere*, ex ipso verborum nexu in *notitia imperii* colligi posse arbitror, cum magister *adnotationes* dictasse dicatur, & *emississe*, seu vt interpretor, easdem ad hos, quorum precibus per *adnotationem* responsum erat, transmittendas curasse, quamuis in alia omnia abeat clarissimus PANCIROLLVS (f), hanc *emittendi* facultatem, de iure emittendi diplomata ad currendum equis publicis accipiens. Et si enim diplomata a *magistris memoriae* con-

I. Ex *scrinio memoriae* adnotationes emittebantur.

quis sensus sit vocabuli *emittere*?

Illud frustra de iure emittendi diplomata explicatur.

(d) l. 2. C. Theod. eod.

(e) Pari iure parique dignitate habentur *proximi in scriniis memoriae, libellorum atque epistolarum, & dispositionum* comites in l. 8. C. de prox. sacror. *scrin.* l. 10. 12. 14. 18. C. Theod. de *proximis, comitibus disposit.* vnde etiam honor *proximatus & comitiua dispositionum æquiparantur* l. 12. C. Theod. de *senator.* l. 14. C. Th. de *prox. com. dispos.*

(e*) In l. 2. C. de *petit. bon. subl.*

(f) In *comment. ad notitiam dignitat. imp. orient. cap. XCV.* apud I. GEORG. GRAEVIVM tom. VII. thesauri antiquit. Rom. p. 1583.

conscripta fuisse, aliunde constet (g); vim tamen & vocabulo *emittere* & *integro contextui* facere videtur, quod hoc verbum ab antecedentibus, quibuscum tamen per copulam ET connexum est, seiungat, ac per illud separato & absoluto significato facultatem diplomata emittendi denotari autemet. Magistri autem *libellorum* officium imprimis in *cognitionibus* & *precibus* tractandis versabatur (h), vt tum priuatorum precibus ex imperatoris sententia responderet, tum de causis & quaestionibus facti ad principem delatis cognosceret. Vnde IURISCONSULTUS CONSTANTINUS *magister scrinii libellorum & sacrarum cognitionum* appellatur (i). Magister *scrinii epistolarum* vero praeter *legationes*, *consultationes* imprimis & *preces publicas* tractabat (k), seu causas de quibus praesides, proconsules, alique magistratus principem consulere solebant, & *consultationes* vocabantur (l), imperatori proponebat, & ex eius sententia responsum acceptum per modum *epistole* scribendum curabat.

II. In *scrinio libellorum cognitiones & preces tractate.*

III. In *scrinio epistolarum consultationes & preces.*

§. IX.

Disquirendum denique superest, quae in *dispositio-* IV. De *scrinio*
num scrinio expedita, & in quonam *sanctione* *dispositio-*
 C *pragm-*

- (g) PANCIROLLVS l. c. cap. VI. *ibid.* p. 1360. Vnde & a memoria & diplomatibus esse dicebatur, ceu docet *inscriptio* apud SAMVELEM PITISCVM in *thes. antiq. Rom. voc. a memoria.*
- (h) Idem l. c. cap. XCVII. *ibid.* p. 1589. & IAC. GVTherivs de *offic. dom. Aug. lib. III. cap. V.*
- (i) Vid. *constit. de digestor. confirmat. §. 9.*
- (k) PANCIROELVS c. l. cap. XCVI. apud GRAEVIVM c. l. p. 1584.
- (l) Vid. *collatio legum Rom. & Mosaic. tit. I. l. 9.* apud ANT. SCHVLTINGIVM in *iurisprud. Anti-Iustiniana* p. 733.

pragmaticæ fuerint formatae? Quæ *dispositionum comitis* partes fuerint, per coniecturas faciliori negotio indicari potest, quam apertis & indubiis argumentis doceri. *Notitia dignitatum imperii orientis* officium comitis dispositionum nescio quo fato silentio præterit, cuius rei tamen causam PANCIROLLVS (m) frustra in eo quaerit, quod *notitiæ* tempore eius vices magister *epistolarum* impleverit, ideoque dignitas *dispositionum comitis* nondum in vsu fuerit. Ex pluribus enim Codicis IVSTINIANEI & THEODOSIANI legibus liquido constat, iam imperantibus *Iuliano, Anastasio, Valentiniano, Gratiano, Arcadio & Honorio* (n), ideoque ante *notitiæ tempora* hoc *dispositionum scrinium* fuisse erectum, cum hæc demum vltra ARCADII & HONORII tempora sub THEODOSII *Iunioris* imperio condita esse videatur (o). IACOBVS GVThERIVS (p) ex hoc serinio *constitutiones, sanctiones pragmaticas, edicta* & quidquid princeps nullo iuris ordini adstrictus cauebat, emanasse arbitratur, hæc inprimis motu ratione, quod istæ constitutiones in iure Romano *dispositiones* appellentur (q). At enim vero hanc coniecturam non omni exceptione maiorem esse, vel ex eo elucet, quod idem vir clarissimus obseruet (r), generalem & varium esse *dispositionum* significatum, & *priuatorum*

Ad hoc serinium sanctiones pragmaticas refert Gutberius

quod illæ dispositiones appellantur

- (m) *l. c. cap. XCVIII. apud GRAEVIUM l. c. p. 1591.*
 (n) *Conf. l. 1. cod. Theod. de proximis, comit. disposit. l. 2. C. de prox. sacror. scrin. l. 3. & 4. l. 11. & 12. cod. l. 2. 6. 7. 8. 9. 10. cod. Theod. de prox. com. disp.*
 (o) *Vid. præfat. PANCIROLLI ad notitiam dignit. imp. apud GRAEVIUM c. l. p. 1327.*
 (p) *De offic. domus Augustæ lib. III. c. VI.*
 (q) *l. 13. & 15. C. de prox. sacror. scrin.*
 (r) *l. cit. in f.*

torum ac magistratuum dispositiones quoque (s) passim occurrere, quæ tamen huc prorsus non pertinent. Igitur IACOBVS GOTHOFREDVS (t) constitutiones, sanctiones pragmaticas, & edicta ad hoc scrinium referenda esse negat, cum hæc omnia in epistolarum scrinio fuerint tractata. Ceteros potius principis actus, extra prædictas constitutiones, veluti provisiones annonarias, dispositiones itinerum principis, & expeditiones, constitutiones magistratuum ac officiorum publicorum ingenio & fidei dispositionum comitis relictas fuisse censet, hosque actus dispositionum nomine venire, ex variis testimoniis probat, inter quæ eminet illud LAMPRIDII (u) dignum omnino quod hoc loco inferatur. Ille enim expeditiones bellicas, inquit, habuit, de quibus ordine suo edisseram. Primam tamen eius consuetudinem dicam de rebus vel tacendis vel prodendis. Tacebantur secreta bellorum: itinerum autem dies publici proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos in quo scriptum esset: Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus; & si Dii voluerint in prima mansione mansurus: deinde per ordinem mansiones, deinde stativæ, deinde ubi annonæ esset accipiendæ: & id quidem eo usque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur: iam enim inde tacebatur, & omnes ambulabant ita, ne DISPOSITIONEM Romanam barbari scirent. Certum est autem, eum nunquam id, quod proposuerat, sefellisse, cum diceret; Nolle ab aulicis suas vendi DISPO-

In illo nulla rescripta sed ceteri principis actus & dispositiones expeditionum.

(t) Testimonio Lampridii.

C 2

SITIO-

- (s) Hoc sensu ista vox utramque paginam facit in notitia dignitatum imp. Orient. ubi sæpissime occurrit: sub dispositione virorum illustrium prefectorum pratorio: sub dispositione viri illustris magistri militum.
- (t) In commentario ad cod. Theod. tit. de proximis, comitibus disposit. l. I. tomo II. p. 147.
- (u) In ALEXANDRO SEVERO c. XLV.

SITIONES, quod factum fuerat ab Heliogabalo, cum ab eunichis omnia venderentur, quod genus hominum idcirco secreta omnia in aula nosse cupiunt, ut soli aliquid scire videantur. & habeant, vnde vel gratiam vel pecuniam conquirant. Et quia de publicandis DISPOSITIONIBVS mentio contigit; vbi aliquos voluisset vel rectores prouinciis dare, vel prepositos facere, vel procuratores id est rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut etsi quis quod haberet criminis, & (2) l. 9. C. T. Theod. de proximis comitibus dispositionum, principis dispositionum norma & series apud dispositionum comites seruari dicitur, quam dispositionum normam GOTHOFREDVS (y) de agendis principis, & de his, quæ ab eo in republica pro urgentibus necessitatibus constituta sunt, interpretatur. Inde quoque aliæ virtutes in his, qui in ceteris scriniis militabant, aliæ in dispositionum comite requirebantur, quod scrinio proximi studiis atque doctrina, dispositionum comites vero probitate & strenuitate commendari dicerentur. Hoc discrimen elegantissime in l. 8. C. de proximis sacrorum scriniorum traditur: Proximos sacrorum scriniorum, quos fides & diuturne obseruationis industria literataque militia, comitem quin etiam dispositionum, quem probitas & strenuitas merito commendant &c. Vnde etiam tria memorie, libellorum, epistolarum a scrinio dispositionum propter diuersam in his militantium formam segregantur (z). Fuit quoque ratio-

Et (2) l. 9. C. T. de prox. com. dispos.

(3) quod pro natura diuersorum negotiorum alic in dispositionum comite, quam in ceteris proximis virtutes desideratæ;

(4) hoc scrinium a ceteris eb diuersa negotia separatur.

(x) Conf. FLAVIUS VOPISCVS in diuo Aureliano c. XLVII. IULIUS CAPITOLINVS in Gordiano III. c. XXVIII. & XXIX. l. 15. C. Theod. de cursu publ. l. 6. & 10. C. Th. de nauicular.

(y) c. 1. p. 148.

(z) l. 5. 6. & 13. C. de prox. sacror. scrin.

ratione dignitatis non leuis inter *scriniarum magistrorum* & *(5) magistrorum* comitem dispositionum differentia, quod illi vicariis, quorum maximus ex eo, quod vicem ipsius praefecti praetorio gererent, honor erat, praerentur (a); hic vero eadem cum ceteris *scriniarum proximis* dignitate gauderet, vicariis tantum æquiparatus (b). Sane si principum constitutiones & sanctiones, quæ grauiores & magis arduæ sunt, quam cetera rescripta & imperatorum epistolæ, ad *dispositionum scrinium* pertinuissent; vix credibile foret, illud minore reliquis *memorie, libellorum & epistolarum* scriniis dignitate corruscasse.

§. X

Vnde prono quasi aluo fluit coniectura, alias *Sanctiones pragmaticæ* ergo causas, quam *principum constitutiones* huius scrinii comiti fuisse demandatas. Cui opinioni non leue momentum ex *l. ult. C. de diuers. rescriptis* accedit, sub cuius principum imperator, ZENO, *uniuersa*, inquit, *rescripta* sue in personam precantium *sue ad quemlibet iudicem* manauerint, *quæ vel adnotatio vel quævis sanctio pragmatica* nominentur, *sub ea conditione proferri præcipimus. se preces* veritate nitantur. Deinde pergit: *Nam & vir magnificus* *questor & viri spectabiles, magistri scriniarum, qui sine* *presata adiectione qualescunque diuinum responsum dictauerint, & iudices, qui susceperint, repi ehensonem* subibunt, *& qui illicite dictata scribere ausi fuerint, cuiuscunque scrinii* *memoriales seu pragmaticarii vel adiutores primicerii, amissione anguli feriatur.* Quandoquidem in hac ZENONIS ⁽¹⁾ quod a magistris *scriniarum* quodlibet diuinum *magistris scriniarum dictata esse dicantur, dictata esse dicantur, dictationum* responsum, ideoque etiam *sanctiones pragmaticas*, de quibus *dispositionum*

C 3

- (a) PANCIROLLVS c. l. cap. CXIII. apud GRAEVIUM c. l. p. 1647. l. vn. C. Theod. de magistris scrin.
 (b) l. 10. C. Th. de prox. comit. disposit.

ro scrinio ma-
gister non præ-
fuerit;

quibus antea sermo erat, dictasse dicuntur; tribus vero tantum scriniis *memorie*, *libellorum* atque *epistolarum* magistri præpositi fuerint, sequitur, vt euidam tantum ex his ista sparta fuerit delegata, vnde etiam in *cit. l. pragmaticariorum* discrete mentio iniecta. Cumque *dispositionum* scrinio non *magister*, sed *comes* præset (quamuis hic in *l. 2. C. Theod. de proxim. comitibus dispositionum*, improprie *magister* sit appellatus) perspicuum est, quæ in *cit. l. magistris scriniorum* tribuuntur, huic vindicari non posse, ideoque nec hunc dictasse *pragmaticas sanctiones*, nec earundem expeditionem ad eius officium pertinuisse, quod imprimis *iuris peritum* postulabat. Testis est LAMPRIIVS (c): *negotia & causas prius a scriniorum principibus & doctissimis iuris peritis & sibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit, tractari, ordinarique atque ita referri ad se præcepit.* Iure ergo quæres, in quonam scrinio *pragmatica* tuerint formata? Id vero non contemnendis argumentis ostendit PANCIROLLVS, docuitque, earum expeditionem in *epistolarum scrinio* esse quærendam. Cum enim ex *dignitatum imperii orientis* notitia pateat, magistrum *epistolarum consultationes & preces* tractasse; iam vero magistri *memorie & libellorum* partes fuerint, ad *pruatorum preces* respondere: ratio vix patitur, vt ad *scrinium epistolarum* rescripta, ad *pruatorum desideria* emanata, referantur, quin potius *vnuerstatum preces* in illo prolatae, & responsa ad eiusmodi supplicationes data, qualia *sanctiones pragmaticæ* vocabantur, *magistro epistolarum* formanda relicta esse videantur. Accedit, quod *consultationum* voce non solum *preces magistratuum* veniant, sed

(2) quod iuris
peritum postu-
larunt, qualis
non erat comes
dispositionum.

Illorum expe-
ditio in scrinio
epistolarum

(c) quod in hoc
preces vnuer-
sitarum tracta-
ta;

(c) In *Alex. Seuero c. XV.*

fed etiam, quæ princeps in confistorio cum proceribus examinabat, & statuebat, ita denotentur, & ex *consultatione procerum sacri palatii statuta* dicantur (d). Cum vero sanctiones pragmaticæ in censum *consultationum* & deliberationum apud confistorium peragendarum relata; *magister* autem *epistolarum* consultationes tractauerit: non dubium est, quin *sanctiones* quoque *pragmaticæ* ad illius officium pertinuerint; præsertim cum pleræque per *modum epistole* fuerint conscriptæ. *Magister* igitur *epistolarum* acceptum principis ad vniuersitatum preces responsum dictabat (e), ceteris, qui in serinio *epistolarum* militabant, dictata excipientibus. Hi a conscribendis sanctionibus *pragmaticis* *pragmaticarii* (f) dicti sunt, cum quibus tamen non confundendi *pragmatici*, iungo vsu & rebus tractandis accuratam iuris peritiam consecuti, actionumque, cautionum, ac aliorum huiusmodi instrumentorum formas a quibus tamen *pragmatici* multum differunt, callentes, vnde & tabelliones dicti, *VLPIANO* in *l. 9. §. 4. de pæn. teste* (g). Hi in officio publico non erant (h), quod

nec non (B) *consultationes*, quales etiam erant *pragmaticæ sanctiones*.

Dictabat illas vel (a) *epistolarum magister*,

pragmaticariis dictata excipientibus,

a quibus tamen *pragmatici* multum differunt,

(d) *l. 2. C. de legibus.*

(e) *l. vi. C. de diuersis rescriptis.*

(f) *cit. l. vi.*

(g) *DESIDERIUS HERALDVS in obseruat. ad ius Attic. l. VI. c. X. & IANVS LANGLAENS semestr. l. 1. c. 2. p. 31. BVDEVS ad l. 9. §. 4. de pæn. SALMASIVS de subscribend. & sign. restam. c. 26.*

(h) *QVINTILIANVS lib. VIII. c. 3. oratori iuris ciuillis scientiam esse necessariam ita probat: quid si forte ille peritus iuris non aderit? neque ego sum nostri moris ignarus oblitusue eorum, qui velut ad arculas sedent, & rela agentibus subministrant; neque idem quoque nescio græcos facitasse, vnde nomen iis pragmaticorum datum est.*

quod tamen illi gerebant, qui simul iure, cingulum velut egregium dignitatis insigne ferendi, fruebantur (i). Eadem, quæ magister epistolarum, munia in dictandis pragmaticis formis quaestor quandoque obibat (k), qui ideo præter XII. adiutores ex scrinio (l) septem quoque ab epistolis acceperat, dictata eius exipientes.

§. XI.

*Differentia IV
sanctionum
pragmaticarum
a ceteris
rescriptis
ratione stili
prolixioris.*

*Conueniunt in
eo cum ceteris
rescriptis, quod
illis clausula, si
preces veritate
nitantur, inferenda;*

hæc omissa, i) inuoluntate sunt,

Noua vero (IV) differentia in ipso stylo seu formula sanctionum pragmaticarumprehenditur, quæ sicuti causas publicas & maiores concernebant, prolixiori & ampliori stylo pro dignitate materiæ expediendæ erant, quam cetera rescripta ad priuatorum desideria prolata. Interim cum pragmatica dispositio etiam precibus oblati responderet, ideoque hæc illius velut fundamentum essent: facile patet, hoc corrumpente, ipsam quoque sanctionem irritam redditam, & præcum falsitate detecta, imperialem iussionem pro non lata fuisse habitam. Quapropter cum in omnibus pragmaticis hæc velut suprema lex esse debeat, *ut preces veritate nitantur*: Imperatores, vt hæc formula iis infereretur, non sine ratione cauerunt. Quod ipsum constitutione (m) Zenoniana factum, in qua sollicite sancitum, vt si quaestio de *fide precum* in sacro oraculo omissa fuerit, hoc omni penitus fructu careret, si vel maxime postea veritas in iudicio asseri posset. Cuius sanctionis obseruantia vt eo accuratior & exactior foret, vetuit præterea sub grauiori reprehensionis subeundæ

(i) l. cit. ult.

(k) l. cit.

(l) l. 13. C. de prox. sacror. scrin.

(m) in l. 7. C. de diuersis rescriptis.

eundæ interminatione, ne vlla imperialia rescripta, in quibus conditio, *si desideria petitorum veritate subsistunt*, omiſſa fuerit, a iudicibus ſuſciperentur; cauſitque inſuper, ne ſcriniorum magiſtri abſque eiſmodi clauſula ſacra reſponſa dictare, & pragmaticarii dictata ſcribere auderent, ni amittendi, quo honoris ergo ornatu erant, cinguli periculum incurrere vellent. Quæ quamuis ita ſeſe habeant; perluſtranti tamen, quæ integræ adhuc in Codice noſtro exſtant, *ſanctiões pragmaticas*, vix in perpaucis iſta formula occurrit, & quemadmodum, vt antea obſeruatum, precum oblatarum in plerisque nulla proſus mentio iniiciebatur; ita & antea laudata clauſula ſubinde præterita eſt ſilentio. Quamquam enim *Conſtitutio Zenoniana*, quoad cetera concernit reſcripta, in vſum fuerit deducta, ceu varias huiſmodi formulas, reſcriptis adiici ſolitas, ſingulari ſtudio collegit BARNABAS BRISSONIVS (n): nihil tamen me præter rem ſentire exiſtimo, ſi, illius obſeruantiam in *pragmaticis reſcriptis* non adeo deſideratam fuiſſe, aſſeram, quod cuiſlibet ipſas conſtitutiones (o) perluſtranti erit teſtatiſſimum. Quibus tamen non obſtantibus illud certum verumque eſt, formulam, *ſi preces ita ſeſe habeant*, licet expreſſe adiecta non ſit, ex rei natura tamen ſemper ac perpetuo ſubintelligi. Quodſi igitur libelli ſupplicis falſitas detegi poteſt: reſcriptum pragmaticum impetratum pro ſub- & obreptitio habendum eſſe, nulla plane ratio nos dubitare patitur.

nec 2) a iudicibus ſuſcipienda,

nec 3) a ſcriniorum magiſtris dictanda: huius iuris obſeruantia tamen deſicit in ſanctiõibus

quamuis hæc formula ſemper ſubintelligenda ſit.

D

§. XII.

(n) *de formulis populi Romani l. III. n. XXI. l. p. 273.*

(o) Quorſum pertinere videtur *l. 2. C. de off. præſ. præſ. Nou. CXXXVI. Ediſtum XII. ſanctio pragmatica IVSTINIANI: Conſtitutio IVSTINI de filiis liberarum, & ſacrum pragmaticum TIBERII Auguſti.*

§. XII.

*Differencia V.
ratione obiecti:*

*feruntur de
caussis publicis.*

*Ergo utilitati
publica aduer-
sari non debent;*

*ideoque (1) olim
non prius vale-
bant, quam su-
premis magi-
stratibus insi-
nuata & pro-
bata.*

Inprimis vero (V) a ceteris rescriptis in eo dif-
ferebant pragmaticæ sanctiones, quod in *caussis publi-
cis* (p) definiendis & decidendis versarentur, cuiusmo-
di causæ istæ dicuntur, quæ utilitatem publicam seu
reipublicæ statum regimen ac salutem respiciunt.
IVSTINIANVS exempli causa *statum militarem publicum,*
iudices, ac *militiæ prefectos* pragmatica forma ordinans,
varia de eorum officiis statuit (q). Idem præterea im-
perator de *argentariorum contractibus* quædam per re-
scripta (r) *pragmatica* sanxit, cum argentariorum col-
legium publica auctoritate constitutum, atque appro-
batum, commercio publico magnopere infereret at-
que prodesset, ideoque eorum officium causam publi-
cam habere diceretur (s). Cum itaque de *caussis publi-
cis* conficiantur, facile colligi potest, quæ cum utilita-
te publica pugnant, nullius prorsus momenti ac pon-
deris esse habendas. Quia propter ne iudices eiusmodi
reipublicæ aduersas sanctiones in disceptationem
cuiuslibet litigii patiantur proferri, serio admonen-
tur (t). Cui rei vt eo accuratori diligentia prospice-
ret IVSTINIANVS, & ne forsân *sub specie adumbratæ pu-
blicæ utilitatis* aliquid reipublicæ detrimentum lateret:
vetuit, *ne sacræ formæ, quæ de caussis procedunt publicis,*
*aliter robur accipiant, quam si prætoriorum prefectis insi-
nuata, ab iisque rata fuerint habitæ.* Eleganti eam in
rem sanctione edita, hæc quæ sequuntur, satis provide
sunt

(p) l. 7. §. 1. C. de diuers. rescripte.

(q) l. 2. C. de off. præf. prætor.

(r) Nou. CXXXVI. Edictum IVSTINIANI VII. & IX.

(s) l. 10. §. 1. D. de edendo. Edictum VII. IVSTINIANI §. IV. in f.

(t) l. 6. C. si contra ius vel utilit. publ.

sunt constituta (u). *Iubemus, ne aliter forma de publicis confecta caussis ad magnificentissimum ducem aut etiam Augustalem, aut clarissimos prouinciarum praesides valeat, nisi prius insinuata fuerit iudicio excellentiae tuae: quae vero insinuatae non fuerint, nullam firmitatem habeant. Absurdum enim fuerit, sacram formam pro publicis confectam caussis non prius insinuari throno excellentiae tuae atque ita transmitti in prouincias, sineque contradi. Si quid igitur hucusque ad detrimentum reipublicae factum est, iubemus hoc irritum esse: sancientes ut quaeuis de cetero sacrae formae pragmaticae, siue ad Augustalem siue ad ducem siue ad reliquos prouinciarum praesides conficiantur, occasione caussarum publicarum omnino insinuentur iudicio excellentiae tuae eoque pacto cum insinuatione excellentiae hinc mittantur in prouinciam: ut quae quidem sacrae formae ad detrimentum reipublicae factae non sunt, haec suscipiantur, conicianturque in praecipiones, & ab excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradantur; quae vero ad detrimentum reipublicae per subreptionem sunt, has quidem sacras formas tua suscipiat excellentia; non tamen prius, quae tibi sunt reposita, faciat, quam ad nos relationem ea de re pertulerit, quo magis, si quid ad detrimentum factum est reipublicae, id corrigamus.* Denique cum in caussis grauioribus periculo petentis sanctionem pragmaticam statim indulgere, atque sic reipublicae commodum in discrimen vocare, ἀποστροφον videretur: petitorum veritatem in nonnullis caussis per virum iureiurando obstrictum prius indagandam, & huius relationem prius audiendam esse, quam sanctio emanaret, ANASTASIVS imperator praecipit. *Ita enim, si prouincia, inquit (x),*

(2) in veritatem
precum per oī-
rum, iureiur-
ando obstri-
ctum inquire-
batur.

D 2

vel

(u) in Nou. CLII.

(x) l. 13. C. de annonis & tribus. X. 16.

vel ciuitas reuelationem petat animalis functionis vel inspectorem aut perequatorem; referatur petitio ad principem eiusque arbitrio idoneus mittatur, prius iureiurando praestito: ex cuius tamen relatione facta praefectis praetorio non aliter forma vlla detur, quam si praefecti ea omnia, quae ab ea didicerunt, & quaesierunt, principem edocuerint, atque ita sacra proferatur forma, modis omnibus obseruanda.

§. XIII.

Vtrum de
caussis ecclesiasticis publicis
sanctiones pragmaticae ferri
queant?

de illis canones
disponunt,

ideoque contra
canones nulla
pragmatica va-
lent,

(a) ex Constitu-
tione Marciani
(b) ex senten-
tia Concilii
Chalcedonensis.

Occasio huius
decreti

Eustathius
Berytensis me-
tropolitani
factus erat per
Theodosii pra-
gmaticam san-
ctionem

Vtrum autem caussis publicis, statum ciuilem concernentibus, ecclesiastica etiam accenferi debeant, vt de his quoque caussis princeps pragmaticas leges ferre potuerit, iuste dubitari potest, inprimis cum istae separatas ab imperio ciuili rationes habere videantur? In status ecclesiastici quidem directione canonibus praecipuum ius vindicant leges ciuiles. Omnes enim pragmaticas sanctiones, quae contra canones ecclesiasticos elicita sunt, robore & firmitate sua vacuatas cessare praecipit imperator MARGIANVS (y). Fuerat eadem Concilii Chalcedonensis, sub eodem imperatore anno CCCCLI. celebrati sententia, quae cum ad praesentis argumenti illustrationem multum faciat, illam ex ipso concilio, quod HARDVINVS (z) exhibet, referre iuaabit (a). Ab antiquissimis temporibus in Phoenicia vni- ca tantum metropolis Tyri fuerat constituta, cui ista tempestate praesuit PHOTIVS metropolitani. At EVSTATHIVS Berytensis episcopus, illius suffraganeus, maiorem ecclesiae suae libertatem & dignitatem affectans, per pragmaticam THEODOSII imperatoris sanctionem epi-

(y) l. 12. C. de SS. ecclesiis.

(z) In actis conciliorum rom. II. p. 438. sq.

(a) In eadem referenda occupatus quoque fuit PETRVS DE MARCA de concordia sacerdotii & imperii lib. II. cap. VIII.

episcopatus suo metropoleos decus addidit. Phœnicia hoc modo in duas metropoles fuit diuisa. Quam archiepiscopatus sui deminutionem ægre ac grauiter tulit PHOTIVS, licet synodo Constantinopolitanæ, qua ista per imperialem constitutionem facta diuisio confirmata est, coactus subscripserit. Huius rei causa graues apud imperatorem MARCIANVM querelas mouit. precatus *sanctionis pragmaticæ* a THEODOSIO latæ rescissionem, & plenissimam secundum antiqua ecclesiæ iura metropoleos restitutionem per sacrum ac venerandum *pragmaticum typum* publicandam. Cuius precibus cum clementer annuerit MARCIANVS, imperiali THEODOSIVS rescripto sub ea lege rescisso, si antiquis canonibus repugnaret; omnis causæ disquisitio ad *concilium Chalcedonense* est redacta, in quo precibus (b) PHOTII publice prælectis iudices concilii ita dixerunt (c): *Sacratissimo domino orbis terræ placuit, non iuxta sacras litteras aut PRAGMATICOS TYPOS res sanctissimorum episcoporum procedere, sed iuxta regulas a sanctis patribus latas. Omne igitur cessante e sacris pragmaticis definitione, canones de hoc capitulo edicti legantur.* Cumque ante canonum lectionem adhuc quereretur, placeretne synodo ex *regulis patrum* huius causæ discussionem

questus ea de re Phorius Tyrensis Metropolitanus apud Marcianum.

Marcianus per pragmaticum statuit, ut causa secundum antiquos canones, non secundum Theodosii pragmaticum examinaretur. Causa ad Concilium Chalcedonense redacta.

D 3

pete-

(b) Preces ipsa insertæ sunt *concilio Chalcedonensi*, ac relatae ab HARDVINO l. c. p. 453.

(c) Vid. *concilium Chalcedonense, Actio IV.* apud HARDVINVM c. l. p. 437. τῷ θεοτάτῳ θεσπότη τῆς οἰκουμένης ἤεσε, μὴ κατὰ θεῖα γράμματα ἢ πραγματικῆς τύπης τὰ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προβάσσειν, ἀλλὰ κατὰ τὰς κανόνας τὰς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων νομοθέτηθῆναι. Πάντες τοίνυν ἀρχῆς ἐκ θεῶν πραγματικῶν διατυπώσεως οἱ περὶ τὰς κεφαλαῖς κείμενοι κανόνες ἀναγινώσκέτωσαν.

sententia concilii, contra canones pragmaticum non valere.

decretum concilii in causa Phorii & Eustathii;

idem decretum ad causas similes extensum

petere, an e *sacris pragmaticis*? vna velut omnium voce acclamatum est: *Contra regulas nihil pragmaticum valet; regule patrum teneant* (d). Tandem antiquis canonibus perlustratis, caussaque vterius sub examen vocata, concilii decretum eo rediit: vt PHORIUS Tyriorum metropoleos episcopus omnem potestatem ordinandi in omnibus ciuitatibus prouinciæ Phœnicæ haberet, EVSTATHIVS autem e sacro pragmatico typo nihil amplius sibi vindicaret, quam reliqui eiusdem prouinciæ episcopi. Quo vero, quæ in causa PHORII & EVSTATHII decreta erant, in similibus quoque caussis in omne tempus firma custodirentur, & contra canones lata rescripta reuocarentur: intercessit inprimis CECROPIVS episcopus, his apud concilium propositis (e). *Ne potestas vestra accusationem & querimonias a quacunque persona accipiat, & fatigetur, neue nos conteramur; petimus, vt sine contradictione cessent ea PRAGMATICA, quæ in detrimentum canonum a quibusdam facta sunt: in omni prouincia, canones autem per omnia teneant sic enim & fides custoditur & vnaqueque ecclesia tutum statum habebit. Quæ episcopi sententia maximo vniuersi concilii plausu & accla-*

(d) Vid. concilium Chalcedonenſe c. l. p. 439. κατὰ τῶν κανόνων πραγματικῶν μηδὲν ἰσχύσει, οἱ κανόνες τῶν πατέρων κρατεῖτοσταν.

(e) Vid. concilium Chalcedonenſe c. l. p. 444. ὑπὲρ τῶ μηδὲ τὴν ὁμετέραν ἐξέσσιαν αἰτίασιν, παρ' ἐκείνων προσώπων δεχέσθαι καὶ κἀμειν, μήτε ἡμᾶς συντείβεσθαι; δεόμεθα, ὥστε ἀργῆσαι ἀναντιρρήτως τὰ ἐπὶ βλάβῃ τῶν κανόνων πραγματικὰ πραχθέντα τισὶν ἐν πάσι ἐπαρχίαι; κρατῆσαι δὲ τῶ κανόνων δια πάντων. Οὗτο γὰρ καὶ ἡ πίστις φυλάττεται, καὶ ἐκείνη ἐκκλησία ἔξει τὸ ἀσφαλές.

acclamatione votisque pro imperatoris & Augustæ vi-
ta nuncupatis suscepta est, omnibus inquentibus (f):
*omnes eadem dicimus: vniuersa pragmatica cessabunt: re-
gule teneant.* Denique MARCIANI rescriptum & episco-
porum sententia concilii canone confirmata est, qui
prohibet, ne episcopi sub gradus proprii amittendi pe-
riculo sacra principum rescripta ad diuidendas provin-
cias petere & adhibere auderent (g). Elegans est, quam
PETRVS DE MARCA (h) hic adducit, obseruatio, huius ca-
nonis pœnam prudentissime ita temperatam fuisse, vt,
nullo vitio principum sanctionibus imputato, solis
episcopis talia molientibus pœna fuerit interminata.
Nondum enim istis temporibus ecclesiastica potestas
ita disiuncta erat ab imperio ciuili, vt ecclesiarum in-
spectio & directio palam denegari principibus potue-
rit, quin potius leniorem viam ingredientes patres in-
directe, clam & variis artibus status ecclesiastici mode-
rationem potestati imperiali subducere studuerunt.
Hinc *sanctionum pragmaticarum* vim atque robur faci-
liori negotio eneruari atque infringi non posse crede-
bant, quam episcopis, illas expetiturus, gradus amissio-
ne punitis. Preterea & illud obseruandum, patres in
eodem concilii canone adhuc ea prudentia vsos, vt
quæ iam olim per Augustales sanctiones in statu eccle-
siastico constituta erant, in honorem principum certa
ratione

canon concilii,
ne episcopi pra-
gmatica prin-
cipum rescri-
pta ad diuiden-
das provincias
ecclesiasticas pe-
tant.

Principum
sanctionibus in
hoc canone vi-
tium non im-
putatur, episco-
pi tantum cen-
sura notatis.
Aligna enim
adhuc istis tem-
poribus prin-
cipum de rebus
ecclesiasticis
erat dispositio,

(f) Vid. concilium Chalcedonense c. 1. p. 444. Πάντες τὰ
ἀντα λέγομεν. ὅλα τὰ πραγματικά ἀργήσῃ, οἱ κα-
νόνες κρατήτωσαν.

(g) Can. XII. concilii Chalcedonensis apud HARDVINVM l. c.
p. 606.

(h) De concordia sacerdotii & imperii lib. II. cap. VIII. n. V.
p. 126.

ideoque, quæ
olim per prin-
cipum consti-
tutiones causa
erant, quodam
modo adpro-
bantur.

Secundum ius
Canonicum
causæ ecclesi-
asticæ per pra-
gmatica defini-
ri nequeunt.

per illas inuis-
dictæ sacræ
violari credi-
tur,

exceptis san-
ctionibus, quæ
princeps vi iu-
ris reformandi
religionem in-
duiget.

ratione approbauerint. Ita enim cauent (i): *quæcunque vero ciuitates iam litteris imperialibus metropolitani nominis honore subnixæ sunt, honore tantum modo perfruantur. Et qui ecclesiam eius gerit episcopus, priuilegio metropolitani episcopo iure proprio reseruato. Quid? quod in eiusdem concilii canone XVII. (k) insuper cautum, vt in ciuitatibus per imperialem auctoritatem renouatis aut renouandis ciuilibus & publicis ordinationibus ecclesiarum parochianarum fiat ordinatio.*

§. XIV.

Enim vero longe aliter ex *iuris pontificii* principiis rationes subducendæ sunt, quibus ecclesia in peculiarem rempublicam, a republica seculari independente, coniecta & efformata est, propriisque subiecta imperantibus, atque adeo penitus imperio ciuili fere exempta, vt quamuis in republica sit constituta, ab ea tamen nullatenus pendere dicatur. Tantum igitur abest, vt secundum illud causæ ecclesiasticæ per *sanctiones pragmaticas* definiri possint, vt eiusmodi potius molimina pro sacræ iurisdictionis habeantur violatione, nec multum a sacrilegii crimine abesse credantur, si exceperis eas sanctiones, quæ ad propugnandam muniendamque religionem faciunt, ex curiæ Romanæ principiis dissidentes odiis infinitisque oppressionibus exponunt, & clero Romano in omnibus fauent.

Quem-

(i) In can. XII. concilii Chalcedonenfis apud HARDVINVM c. l. p. 606. Ὅσαι δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῶ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαύετωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῆς διακίον. ἐπίσκοπος δηλονότι σωζομένων, τῆ κατὰ ἀνάγκην μητρ. πόλει τῶν δικαίων δικαίων.

(k) Apud HARDVINVM c. l. p. 608.

Quemadmodum vero maiorem semper in *ecclesiasticis* causis libertatem spiravit Franciæ regnum, auctoritate regia in sacris contra curiæ Romanæ ausus defensa atque propugnata: ita quoque in *causis publicis ecclesiasticis disponendis* multum sibi Galliæ reges vindicasse, suo nos exemplo conuincit CAROLVS VII., qui (1) *sanctione pragmatica* anno MCCCCXXXVIII. episcoporum Auarici Biturigum congregatorum consensu condita varia in causa electionis, collationis, expectatiuarum &c. decreuit atque constituit, eiusque executionem curiæ parlamenti commisit (m). Verum hæc ipsa per quinquaginta annos & ultra grauissimæ pontificibus Romanis fuit offensionis, pio II. SIXTO IV. INNOCENTIO VIII. ALEXANDRO VI. IULIO II. & LEONE X. istius abrogationem omni cura atque consilio ideò imprimis molientibus, quod sedis Apostolicæ in regno Galliæ auctoritatem atque iurisdictionem penitus ferre infringeret & labefactaret. Vnde pius II. in oratione ad regis Galliæ legatos in *conuentu Mantuano* habi-

Maior Regnum Gallia de causis ecclesiasticis disponendi libertas.

exemplo sanctionis pragmaticæ a Carolo VII. late.

molimina pontificum a Carolo VII. late.

E ta

(1) Vid. PETRVS de MARCA *c. l. lib. VI. cap. IX. n. VIII.* IACOBVS FRIDERICVS GEORGIVS in *grauamin. imper. aduersus sedem Rom. p. 297. sqq.* Ab hac longe differt *pragmatica sanctio* ann. 1268. a LVDOVICO sancto promulgata, & a LEIBNITIO relata in *maniff. cod. iur. gentium P. I. p. 156.* quæ magis cleri gallicani iura quam regni confirmauit, obseruante THOMASIO de *content. inter imper. & sacerd. p. 71. & 200.*

(m) Hanc *pragmaticam sanctionem* Gallia adeo in deliciis & pretio habuit, vt glossis plenioribus ex ipsa Galliæ praxi eam illustrauerit COSMA GVIMIERVS *Parisiensis*, & additionibus auxerit PHILIPPVS PROBVS *officialis Ambianensis*, cuius editio anno 1555. prodiit.

Inuictina oratio Pii II. ad Regis Gallie legatos in istam pragmaticam sanctionem:

sacerdotalem auctoritatem per illam ladi;

Pontificem parlamenti iudicio subiici;

illamque hierarchie ecclesiasticae periculum esse.

Ludovicus II. eam quidem abrogauit,

sed eandem in usum reuocauit.

ta (n), hanc *pragmaticam sanctionem*, nouam legem & incognitam prius, vocat. Addit praeterea, non esse creditibile, CAROLVM suo sensu hanc pragmaticam introduxisse, eum deceptum, se putare, & pia menti a vero aliena suggesta fuisse. Inprimis vero curiae parlamenti in rebus sacris auctoritas, per illam stabilita, grauis atque molesta pontifici, imo nulla profus ratione toleranda esse videbatur. Vnde pius II. in ista oratione (o) querelas fundendo pergit: *summam sedis Apostolicae auctoritatem per illam ladi; religionis vires enervari, nulloque pacto tolerari posse, clericorum iudices laicos esse factos, pastorum causas oues cognoscere: dimini sacerdotalem auctoritatem, parlamenti potestatem nimis excrecere; parlamenti iudicio iudicem iudicum Romanum pontificem subiectum non esse; praesulis Romani, cuius parochia orbis est, & cuius prouincia oceano non clauditur, in regno Francie iurisdictionem parlamenti placito definiti & coarctari non posse: si hoc admitteretur, periculum imminere hierarchie ecclesiasticae, monstrosam ecclesiam effici, & hydram quandam multorum capitum introduci.* Tandem vero pius III. apud LVDOVICVM, CAROLI VII. successorem, tantum precibus suis valuit, vt animum eius ad abolendam (p) *pragmaticam sanctionem* inflexerit: quamuis ad curiae parlamenti Parisiensis orationem & intercessionem LVDOVICVS istam anno MCCCCLXI. in usum & obseruantiam reuocauerit (q). At quo maiori ardore huius

san-

(n) Apud HARDVINVM *cit. l. tom. IX. p. 1423.*

(o) Vid. HARDVINVM *c. l. p. 1433.*

(p) Abrogationis litterae, ad pontificem missae, exstant apud HARDVINVM *l. c. tom. IX. p. 1640.*

(q) Vid. PETRVS de MARCA de *concordia sacerdotii & imperii L. VI. cap. IX. n. X. p. 828.*

sanctionis propugnationem Gallia susceperat; eo grauioribus conatibus illius vim atque auctoritatem euertere tentauit curia Romana, eoque res rediit, vt in *Concilio Lateranensi* de eius abrogatione summopere egerit pontifex, omnibus Gallia episcopis & istius sanctionis assertoribus per *publica monitoria* (r) citatis, vt intra certum diem, quare ista sanctio pro nulla & inualida declarari, decerni, & abrogari non debeat, manifestis rationibus euincerent. Quibus autem intra tempora praefinita non comparentibus, LEO X. in dicto concilio *pragmaticam* Galliae *sanctionem* publice damnauit (s), prohibuitque, ne quis illam absque excommunicationis maioris incurrendae periculo ulterius in domibus, aut aliis locis publicis, aut priuatis teneret, quinimo praecipit, vt ex quibusuis archiuis etiam regis deleteretur. Gallis vero semper contra nitentibus, & litigando tandem fere defatigatis, lis illa diu multumque maximo ardore agitata tandem per FRANCISCI Galliarum Regis cum LEONE X. conuenta *concordata* (t) est composita; quibus tamen ea fere omnia, quae *sanctione pragmatica* antea fuerant cauta, confirmata sunt. Quae omnia hoc loco eum in finem adducenda putauit, vt quantis obstaculis machinationibusque *sanctio pragmatica*, de *caussis ecclesiasticis* condita, fuerit subiecta, exinde eluceret. Quo loco vix praeterea un-

Damnata a Leone X. in Concilio Lateranensi.

Lis tandem composita per concordata Francisci cum Leone X.

E 2 dum

(r) Quae exhibentur apud HARDVINVM l. c. tom. IX. pag. 1642

(s) Vid. *concilium Lateranense V.* apud HARDVINVM l. c. tom. IX. p. 1830.

(t) Quae exstant apud HARDVINVM l. c. tom. IX. p. 1867. & apud SCHMAVSIVM in *corpore iuris gent. academico tom. I. p. 178.*

Sub Maximiliano ad graamina nationis Germanicæ tollenda sanctio pragmatica re-mediis instar propofita.

Ipsa sanctionis pragmaticæ formula exhibita: sed res carui euentu.

de rebus publicis ecclesiasticis disponendi ius merito ad supremum imperium ciuile referendum.

binc principibus Protestantibus ius de illis

dum esse videtur, circa eadem tempora, MAXIMILIANO imperante, ad graamina ac querelas, quas tunc Germanica natio contra graues atque iniustos planè seculis Romanæ insultus mouebat, tollendas remedii instar propositum fuisse, vt per *sanctionem pragmaticam* antiqua procerum Germaniæ iura ecclesiastica integra atque salua reddita vel potius restituta confirmarentur. Quamuis autem multa ea de re apud ordines imperii acta, & ipsa *pragmaticæ sanctionis* formula cura IACOBI WIMPELINGII, cui hoc negotium demandauerat Cæsar, confecta iam & exhibita fuerit (u): omnis tamen causa intra terminos consilii perstitit, nec speratum habuit euentum. Ex quibus omnibus hæcenus prolatis aduersantia sibi inuicem & contraria principum secularium iuxta atque ecclesiasticorum imperantium studia atque molimina pro iure, de *caussis sacræ publicæ* per *pragmaticos typos* statuendi, exercendo, quodammodo intelligi possunt. Quodsi autem causam omnem ex ipsa rei indole ponderamus, facile liquet, cum imperium supremum ad omnes reipublicæ causas pertingat, rerum ecclesiasticarum quoque directionem, velut ciuilis potestatis partem, principi omnino subesse, & *status publici ecclesiastici* præsertim moderationem, a qua publica salus sæpius maximopere pender, pragmaticis constitutionibus rite atque iuste a principibus fieri posse, ideoque illud imperii ecclesiastici independentis systema e republica exulare debere quam longissime. Cumque protestantibus principibus suprema in ecclesiasticis iurisdictione velut postliminii iure fuerit

(u) Vid. GOLDASTVS tom. II. *constitutionum imperialium* pag. 174. GEORGIVS cit. l. p. 307.

fuert restituta; quin illi de *caussis publicis sacris* per *per sanctiones*
pragmaticas leges iure suo disponere possint, nullum *pragmaticas*
 dubium intercedit. *disponendi vin-*
dicandum.

§. XV.

Nec minorem (V) sanctionum pragmaticarum *Differentia V.*
 a ceteris rescriptis differentiam in eo obleruare licet,
 quod sicuti caussas arduas & maioris momenti deter- *Sanctiones pra-*
 minent publicæ salutis caussa; ita *maiori cum delibera-*
tionem in sanctiori consilio olim condita atque prodita fue- *istorio princi-*
 rint; id quod etiam LVDOVICVS XI. in *epist. ad pvm II.* *pi: maiori cum*
 de *sanctione pragmatica Gallicana* prædicat, asseritque *deliberatione*
 eam magno prælatorum conuentu, magna temporis *condita.*
 deliberatione conclusam fuisse. (x). Pleraque enim
 rescripta inprimis vero principum adnotationes ex sola *Cetera rescri-*
 eiusdem voluntate proficisciebantur, vt, quod illi placuif- *pta ex placito*
 set, id rescripto comprehenderetur. Quæcunque igitur *imperatoris da-*
 imperator ad priuatorum preces vel verbo respondebat, *ta*
 ea magister memoriæ breuiter dictabat, imperatoria de- *vel ipso impe-*
 inde manu subnotata; vnde eiusmodi breues scripturæ *rasore sua ma-*
 adnotationes sunt dictæ (y). In his ferendis vel ipse, prout *nu supplicum*
 placuerat, decisionem dabat, vel *scriniorum magistrum,*
 qui preces ipsi proposuerat, vel etiam *referendarios,* qui, *vel scriniorum*
 expositis supplicum libellis, suam de supplicibus senten- *magistris vel*
 tiam aperire solebant (z), in consilium adhibebat. Hinc *referendariis*
 in consilium *adhibitis, & re-*
 scripta *conferri*
 beuibus.

E 3

LAM-
 scripta conferri
 beuibus.

- (x) AENEAS SYLVIVS in *oper. p. 863.*
- (y) PANCIROLLVS in *comment. ad notitiam dignitat. imp.*
Orient. cap. XCV. apud GRAEVIVM tom. VII. thes. ant.
Rom. p. 1583.
- (z) PROCOPIVS in *ἀνέκδοτοις* arguit IVSTINIANVM, quod
referendarios difficulter admiserit: ita enim p. 65.
Referendariis, inquit, *vix locus erat opportunus, suppli-*
cum

LAMPRIDIVS in *Alexandro Seucro*, (a) *Pemeridianis* inquit, *horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita vt ab epistolis a libellis & a memoria semper assisterent, nonnunquam, si stare per valetudinem non possent, sederent, relegentibus cuncta librariis, ita vt Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum; sed ex eius sententia, qui discretior habebatur.* At enim vero longe aliter sese res habebat in sanctionibus pragmaticis ferendis. Hæ enim

Sanctiones pragmaticæ in consistorio delibebantur 1) quod causas publicas concernent.

causas publicas concernebant, quarum grauitas omnino exigere videbatur, vt quæ per illas constituebantur, maturiori consilio & re curatius pensitatus deliberata decernerentur. Eiusmodi vero res apud *sacrum principis consistorium* peragi solebant, quod erat collegium virorum summa dignitate & doctrina illustrium, in quo causæ arduæ, & publicam imprimis utilitatem concernentes, in examen & disquisitionem vocabantur: huius collegii membris comitibus *consistorianis* nuncupatis. Inde SPARTIANVS (b), *Hadrianum*, refert, *causas Romæ atque in prouinciis frequenter audiuisse, adhibitis CONSILIO suo, consulis, atque prætoribus, & optimis magistratibus.* Cum itaque causæ litigiöse in consilio

2) quod causæ contentiosæ ibi tractarentur, multo magis ergo sanctiones pragmaticæ.

3) argumento l. 2. C. de legibus.

principis sint examinatae: eo faciliori negotio inde colligi potest, pragmaticas formas apud consistorium quoque fuisse tractatas, quo grauior earum causa fuerat, quoniam de *causis publicis* sancitæ sunt. Quam in rem multum facere videtur l. 2. C. de legibus vbi THEODOSIVS ita cauet: *quæ ex relationibus vel suggestionibus iudicantium, vel consultatione in commune florentissimorum sacri*

cum libellos Cesari ministrandi, necdum de supplice sententiam exponendi.

(a) Cap. XXXI.

(b) In *Hadriano cap. XX.*

eri nostri palatii procerum auditorium introducto negotio statimimus, vel quibuslibet corporibus aut legatis aut provincie vel civitati vel curie donauimus, nec generalia iura sunt, sed legem faciant his duntaxat negotiis atque personis, pro quibus fuerint promulgata. Legis sententia est, principum rescripta specialium legum vim tantum obtinere. Rescripta vero ad vniuersitates & collegia data in specie ibidem exprimuntur, cum de rescriptis ad priuatos latis nulla dubitandi ratio superesset. De iisdem porro rescriptis affirmatur, quod vel ex relatione vel iudicium suggestionem vel ex consultatione palatii procerum, causa scilicet in auditorium principis introducta, sint condita. Auditorium autem ad consistorium principis pertinebat, quippe quod & auditorium & tribunal complectebatur (c). Vnde patet, rescripta vniuersitatibus indulta in consistorio fuisse tractata. Cum vero sanctiones pragmaticae eiusmodi sint rescripta: idem quoque de illis omnino erit dicendum. Aliam interpretationem, ipsius legis decisio non admittit. Loquitur enim de constitutionibus, quae causis & personis tantum legem faciunt. Hoc ipso excluduntur leges generales, solaque supersunt rescripta. Sed qualia? Et haec definiuntur in *cit. lege*, eiusmodi scilicet, quae ad collegia, prouincias, ciuitates emittuntur, quorum pragmaticae potissimum formae pertinent. Clarius adhuc rem causamque omnem definit *l. 8. C. de legi-4) l. 8. C. de Le-* bus, in qua haec THEODOSII sanctio continetur. *Humana-* nam esse probamus, si quid de cetero in PUBLICA PRIVATA- que causa emerferit necessarium, quod FORMAM GENERA- LEM, & antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omni- bus

ibi rescripta ad vniuersitates preces data, in auditorium principis introduci dicuntur
 auditorium principis vero ad consistorium pertinebat
 l. 8. C. de Le-
 gibus.

(c) GUTHERIVS de offic. dom. Aug. L. I. cap. XX, in f. & XXI.



bus antea tam proceribus palatii nostri, quam gloriosissimo
 cœtu vestro, patres conscripti, tractari, & si vniuersis tum
 iudicibus quam vobis placuerit, tunc legata dictari, & sic
 ea demum collectis omnibus recenseri, & cum omnes consense-
 rint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari,
 vt vniuersorum consensus nostræ serenitatis auctoritate firmetur.

in qua omnes
 causse publicæ,
 quæ generalem
 formam expos-
 cunt, in consi-
 storio tractari
 adferuntur,
 ideoque etiam
 sanctiones pra-
 gmaticæ.

Vniuersitatum
 preces in consi-
 storio
 (1) vel quaestor
 proponebat;

huic enim que-
 stor regulari-
 ter inueerat,

huic enim que-
 stor regulari-
 ter inueerat,

huic enim que-
 stor regulari-
 ter inueerat,

huic enim que-
 stor regulari-
 ter inueerat,

Hanc in legibus eondendis introductam formam ad sanctiones quoque pragmaticas pertinere, ex eo facile intelligi poterit, quod in lege allegata de illis constitutionibus sermo fit, quæ tum de causa publica tum priuata per generalem formam præscribebantur. Cum autem pragmatica rescripta non de publicis solum causis ferantur, verum etiam princeps per illa respondens generalem legis formam adhibere dicatur (d): aperte liquet, eandem, quæ in cit. leg. traditur constitutionum faciendarum rationem, illis quoque fuisse præscriptam. Quæcunque igitur per pragmaticas formas decernebantur; primum apud palatii sacri proceres & apud senatum tractanda, eaque diligentius expensa vel a quaestore dictanda erant vel ab epistolarum magistro, iterumque deinde in senatu relecta & propofita, in sacro tandem consistorio recitanda. Quemadmodum autem quaestor & magistri scrinii epistolarum pragmaticas sanctiones dictarunt: ita iidem illi vniuersitatum desideria, quibus per sacra pragmatica respondendum erat, in senatu atque consistorio protulisse videntur. Quætores enim & epistolarum magistri consistorii deliberationibus interesse solebant. Illum quidem ibi consistisse aperte docet *l. s. C. Theod. de fide testium*, quæ ita inscribitur: *Pars actorum habitorum apud imperatorem lu-*
 lia

(d) Vid. *Edictum XII. IUSTINIANI c. l. & Nou. CLXII.*

lianum Augustum Memertino & Nevitta Coss. X. Cal. April. Constantinop. adstante Iouio viro clarissimo Questore, Anatolio magistro officiorum. Felice Com. S. L., seu, vt interpretor, comite sacrarum largitionum. Rerum publicarum autem curam inprimis quaestor habebat (e), eumque, teste CASSIODORO (f), princeps cogitationum & curarum suarum participem faciebat, & eiusdem linguae vox erat; deliberanteque imperatore de aliqua re suam animi sententiam depromebat. Quum itaque quaestor, vt CASSIODORVS eleganter dicit, quasi imperatoris linguae vox esset, seu eius nomine omnia proponeret, idem quoque quae per pragmaticas formas constituenda erant, in senatu & consistorio recitasse videtur. Eandem spartam magistrum epistolarum quoque subisse, qui statuerit, eum nihil praeter rem sentire arbitrator. Nam ad illius officium spectabat, legationes ciuitatum, consultationes, & preces tractare, quorsum etiam, vt supra ostensum, sanctionum pragmaticarum expeditio pertinebat. Vti vero ille legatorum desideria in principis consistorio recitabat (g), & ex sententia principis acceptum responsum dictabat: ita idem & vniuersitatum preces ibidem procul dubio propofuit, sanctione pragmatica postea ex totius consistorii deliberatione & consensu dictata.

ad eumque rerum publicarum cura pertinebat;

vel (2) magistrum epistolarum.

§. XVI.

Quamuis vero THEODOSIVS in *cit. leg. 8.* etiam *privatas causas* ad consilium sanctius referre videatur, id tamen *Causae privatae eorum: tantum in consistorium*

(e) *Edictum XIII. IVSTIN. in pr. PANCIROLLVS c. l. cap. LXXIII. apud GRAEVIVM cit. l. p. 1516.*

(f) *Lib. VI. variar.*

(g) *Vid. PANCIROLLVS cit. l. cap. XCVI. apud GRAEVIVM c. l. p. 1584.*

tractabantur,
quoad de illis
edicto condita.

quoniam dubium sit, utrum in edictis & sanctionibus pragmaticis ferendis consuetudini suffragia adhiberent semper imperatores?

Eius rei ergo sanctionum pragmaticorum origo euoluitur.

sub rep. libera plane exularunt,

sub imperatoribus inualuerunt.

in primis sub Theodosio & Valentiniano,

eo praesertim tempore, quo sedes imperii in orientem translata,

tamen rescriptis, ad priuatorum desiderium emissis, haud applicandum, sed vel de *edictis* intelligendum, quibus antiquis legibus aliquid addendum erat, vel ad minimum quoad rescripta priuatorum causa prodita non diuturnum usum habuisse videtur, ut etiam quoad *sanctiones pragmaticas* res dubitationum scopulis carere haud videatur. Ad hos penitius & curatius enodandos atque soluendos quaedam de illarum origine praemittere iuuabit. Illarum quidem nomen sub *libera Romana republica* exulasse, iudicatu minus difficile est, cum deficientibus imperatoribus horum quoque *constitutiones & rescripta* deessent, & orbis Romanus *iure communi*, non *principum rescriptis*, regeretur, legum ferendarum nimirum potestate penes vniuersum populum existente. Inde est, quod *sanctionum pragmaticarum* nomen in digestorum libris haud reperitur. Recentior illarum origo sub imperatoribus quaerenda. Quamuis vero primi imperatores statim rescriptis de *iure* a quocunque consulti respondere ceperint; *sanctiones tamen pragmaticas* eo sensu sub hoc Romani imperii statu mox inualuisse asserere non ausim. In utroque Codice sub THEODOSIO & VALENTINIANO (h), earum prima mentio occurrit (i), neque mea quidem opinione multo altius repetendae esse videntur. *Sanctionis pragmaticae* vocabulum raro, ut supra obseruatum est, in iurisprudencia exemplo, ex lingua *Graeca* ad Latium transductum, quod eo potissimum tempore factum esse coniecto, quo imperii Romani sedes *Constantinopolim est translata*, & curiae simul stilus graecitatem quodam-

(h) l. 36. C. Theod. de annon.

(i) l. 2. C. de petit. bon. subl.

dammodo redolere cœpit. Cum vero *sanctionis prag-* quo stitit cu-
maticæ vox *curialis* sit; eius origo haud incongrue aut riali: vocabu-
 temere ad ista tempora referenda esse videtur, præfer- lis græcis cor-
 tim cum sub imperatoribus Constantinopolitanis ruptus
Theodosio, Valentimiano, Marciano, Zenone, Anastasio, Iustino carum fre-
 atque *Iustiniano* frequentior eius in legibus Romanis quens mentio
 mentio iniiciatur. Quântopere vero sub horum imper- sub imperato-
 atorum imperio *consistorii*, quod sub primis Roma- ribus Constanti-
 norum principibus ex definito consulum magistrat- ninopolitanis;
 rum & parum numero constabat, & in gravissimis sub his tamen
 causis in consilium adhibebatur (k), auctoritas euilue- *consistorii au-*
 rit, historia illius temporis satis superque testatur. *ctoritas euiluit,*
 Quamvis enim HADRIANVS adhuc, teste SPARTIANO (l) *quod imprimis*
 causas Romæ & in provinciis audierit, adhibitis con- factum post
 silio suo consulibus atque prætoribus & optimis ma- Hadriani tem-
 gistratibus, & post eius tempora, ut §. *antec.* dictum, im- pora.
 peratores consilii sanctioris non neglexerint suffragia; imperatores ex
 pedetentim tamen imperatorum potestas adeo eo in- proprio placito
 creuit, vt, quod *principi placuisset* (m), legis vigorem rescripta dare
 obtineret, atque quæ olim consilio magistratum cuperunt.
 constituebantur, ipsi principes iam soli rescriptis
 causis videantur. Cumque sub imperatoribus Con- *dubium, virum*
 stantinopolitanis *sanctionis pragmaticæ* appellatio de- non idem quo-
 mum inualuerit, iuste dubitari posset, annon in his que in sanctio-
 ferendis principes eadem, qua in ceteris constitutio- nibus pragma-
 nibus, vti fuerint libertate? præsertim cum in tot re- ticiis conuigerit?
 scriptis pragmaticis, *Codici Iustiniano* insertis, consen- præsertim cum
 sus consistorii expetiti nec vola nec vestigium reperiri pleraque consi-
 possit. *storii consen-*
 sum omittant,

F 2

(k) Vid. VINCENTIUS GRAVINA de *originibus iuris ciuilibus*,
 lib. IV. cap. XVII.

(l) in *Hadriano* cap. XXII.

(m) l. i. pr. D. de *constitut. principum*.

possit. Præterea plures sanctionum pragmaticarum formulæ euincere videntur, folius principis in illis ferendis spectatam esse voluntatem. Eiusmodi formulæ sunt: quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostra statuit æternitas (n). Quæ placuerunt nobis per presentem diuinam pragmaticam sanctionem (o). Quæ nobis placuerunt, & per presentem hanc sacram pragmaticam declarantur (p). Quod decretas ab imperatoribus es: formam (q). Tua excellentia, quæ nobis placuerunt, ex presentem sacra pragmatica forma discens effectum simul & fini tradere studeo (r). Ut taceam in l. fin. C. de diuersis rescriptis, in qua sanctionum pragmaticarum natura follicite describitur, hoc, quod §. anteced. adduximus requisitum, plane silentio præteriri. Nec vox suggerere, quæ in l. s. C. de proximis sacrorum seriniorum occurrit, contrarium probare videtur, quæ in Codice Iustiniano, alio plerumque significatu adhibetur, quo idem denotat ac proponere, ita vt imperatores cum in rescriptis ad supplicantium preces se se referunt, loqui soleant: vt factum esse suggeris (s). Verba ergo allegatæ legis, suggerente Pro-

nec formula
l. 15. C. de prox.
sac. serin. sug-
gerente Pro-
culo, eius con-
siliu & con-
sensum deuotè,

cum suggerere
ideu sit ac pro-
ponere,

- (n) Vid. l. 2. C. in f. de officio præf. præf. nec non pragmatice sanctio IUSTINIANI in f. & constitutio IUSTINI imperat. de filiis liberor.
- (o) Nouell. LIX. in f.
- (p) Nou. CXXI. & CLII. in f. editum IUSTINIANI VII. & IX. in f.
- (q) Constitutio III. IUSTINI imp.
- (r) Edictum XII. IUSTINIANI in f.
- (s) Qualia sunt verba l. n. C. vt lito pendente: rescriptum, quod postea secutum esse suggeris: l. 3. C. de interd. matrim. cum proponas ei, quam matrimonio iunctam esse

culo, idem ac si, proponente seu referente Proculo, dictum fuerit, significare videntur. Quod ipsum præterea vel inde adhuc clarius & manifestius apparet, quod IUSTINIANVS in *cit. l. fin.* hæc adiciat: *quod ex ipsorum adiutorum petitione idem magnifice memorie Proculus ad nos retulit*: quæ docent, quod idem antea *suggelisse*, nunc *retulisse* Proculum, asserat IUSTINIANVS. Enimvero hæc dubia quidem euincunt, cæsares liberius egisse in rescriptis in *privatorum usus* concessis, & suo arbitrio ut plurimum in his *vfos* fuisse, haud tamen inde colligi potest, etiam in *sanctionibus pragmaticis*, causas publicas concernentibus, & plerumque legis æternæ atque vniuersalis vim habentibus, sanctioris consilii suffragia neglexisse, quæ adhuc in legibus generatim condendis, desiderarunt THEODOSIVS & VALENTIN. in *l. 8. C. de LL.* Addunt ibidem hanc clausulam notabilem: *Scitote igitur patres conscripti, non aliter in posterum legem a nostra elementia promulgandam, nisi supra dicta forma fuerit observata.* Cum itaque *sanctiones pragmaticæ* ab aliis rescriptis & nomine & re in eo distinguerentur, quod salutis publicæ causâ & causâ mature cognita essent conditæ, & *legis perpetuæ* vigorem haberent: non dubium est, quin eadem forma hic quoque usurpata fuerit, ut in ceteris rescriptis, quæ magis ex *bene placito* cæsarum pendebant, se ad hanc formam præcisè adstringi haud passi fuerint. Quocirca quia rescripta cetera sæpe ex singulari favore ad partium preces dabantur, imperator MACRINVS eadem profus abolere & tollere voluit,

F 3

hunc

suggersis: *l. 3. C. ad L. Falcid. in legatorum imponenda ratione, quibus te oneratum esse suggersis.* Conf. *constitutio IUSTINI imperat. de filiis liberarum & sacrum pragmaticum TIBERII Augusti codici adiectum.*

Respondetur dubiis,

imperatores in ceteris rescriptis liberius versus esse, non in his,

Theodosium vero in §. prærelatam formam in omnibus constitutionibus perpetuo observari voluisse

ideoque etiam in sanctionibus pragmaticis, quod he perpetuæ legis vigorem haberent.

hunc in finem: *vt iure, non rescriptis ageretur*, vt loquitur CAPITOLINVS §. IV. relatus. Maiorem omnino auctoritatem habuerunt *sanctiones pragmaticæ*, quod maturiori consilio & adhibitis procerum sutragis in causa publica essent conditæ.

§. XVII

*Differen-
tia VI. a ceteris
rescriptis, ra-
sione effectus
earumque au-
thoritatis.*

*Illarum virtus
ex imperantis
voluntate pe-
tenda,*

*quæ I. ex ea-
rundem natu-
ra colligitur*

*vi huius æ) non
ulterius quam
quatenus colle-
gium, quod pre-
ces obtulit, con-
cernant, legis
vim habent,*

*presertim si
huc tantum
promulgantur.*

Sanctionum pragmaticarum natura atque indole, quoad eius per ingenii vires fieri potuit, euoluta, & sub examen vocata; de earundem *virtute* atque *auctoritate* quædam supersunt dicenda, in qua (VI) nouum discrimen a ceteris rescriptis ad instantiam priuatorum proditis emergit. Cum autem vti omnes principum constitutiones, ita etiam pragmaticæ sanctiones omnem auctoritatem suam primario a voluntate principis fortiantur (t), hæc sola atque vnica norma est, ex qua illarum vis atque potestas dimetienda. Principis autem voluntatem aut expressa eius significatione aut ex ipsius rei natura colligere oportet. Videndum ergo ante omnia, quatenus ex ipsa legum pragmaticarum indole eluceat, quoad vsque princeps per eas iura publica perpetua condere in animo habuerit. Quandoquidem summus imperans per pragmatica rescripta vniuersitati, eius in *causis publicis* decisionem desideranti, respondet: illius voluntas ita prorsus restricta esse videtur, vt ista non vltterius, quam quatenus causa collegium, quod preces obtulit, concernit, *legis perpetuæ* robur obtineant. Namque cum omnis legum rigor ex earum *publicatione* pendeat, eæque apud illos solum, quibus princeps illas promulgandas esse censuit, obligationem & parendi gloriam

(t) l. i. D. de constitutionib.

riam producant: *sanctiones pragmaticæ* autem plerumque ad illos solum, qui supplicarunt, mitti atque dirigi solerent: sequitur, ut apud hos solummodo vim legis perpetuæ primario obtinuerint, ceteris subditis, quibus earum publicatio haud facta est, ad illas custodiendas non obligatis. Hæc sententia est imperatorum THEODOSII & VALENTINIANI (u), statuentium, ut quæ provincis, civitatibus, aut corporibus concessa speciatim fuerint, ad generalem obseruantiam minime pertinerent. Deinde eodem modo patet, *sanctiones pragmaticas* iis tantum negotiis opitulari, quibus effusæ sunt (x), principe istius tantum causæ, de qua fuit consultatus, rationem habente, eiusque voluntate ad istam solummodo restricta. Illarum igitur interpretatio, ita regulariter facienda, ne contra imperantis mentem extendatur, nec earum obligatione alii, quam ad quos decretæ erant, onerarentur. Quæ igitur ex ipsa *sanctionum pragmaticarum* indole eruitur restricta principis voluntas, ea semper adesse præsumitur, nisi contrariam expressis verbis significauerit mentem, quod latiore amplioreque fuisse voluerit *pragmaticæ formæ obligationem*, eamque *legis communis* instar statuerit esse habendam. Generalis igitur constitutionis vim *pragmatica sanctio* non raro obtinere solebat, tum quod de *caussa publica* esset constituta, quæ salutem publicam concerneret: tum quod ipsius appellationis ratio hoc postulare crederetur, ut quod *sanctione* esset proditum, id æternæ legis auctoritatem haberet. Id ipsum etiam ut plurimum aliunde

(β) ad illa tantum negotia perveniunt, de quibus lata.

hoc sensu earum interpretatio restricta est.

II. ex expressa principis declaratione, ut cuius generalis legis vim obstruunt,

(u) in l. 3. C. de legibus.

(x) l. 9. C. Theod. de diversis rescriptis. l. 2. & 3. C. de legibus.

(1) si cautum
vt ad similes
causas tralan-
tur,
(2) si leges ge-
nerales appella-
ta,

de facile colligi poterat, vtpote, si (I.) in illa perspicue fuerit cautum, vt quæ in illa comprehensa sint, in similibus quoque (y) causis vbique custodirentur. Deinde (II.) huc imprimis pertinet, si imperans illam legem generalem vocauerit (z), aut pro lege communi illam esse habendam declarauerit manifeste. Illustris eam in rem formula est *formæ pragmaticæ* IVSTINIANI (a) de *argentariorum contractibus*, huius tenoris: *supplicibus vero hanc sacram pragmaticam formam in quocunque iudicio & maiori & minori producendi, illamque recipiendi ac inde subsidium consequendi facultas esto: vtpote quæ tantam in presenti proposito & in prædictis tractatulis vim habeat, quantum in aliis negotiis generales nostræ leges obtinent.* Quæ verba docent, quam virtutem tum ratione sup-

(3) si in omni-
um utilitatem
ea prolatas ef-
se, imperans
statuit

plis argentariorum collegii, tum ceterorum subditorum fortiri debuerit. Tandem (III) sanctioni pragmaticæ generalis legis auctoritatem princeps conciliabat, si istam pro *omnium utilitate conscriptam* esse asserbat, vel eandem etiam vbique edictis seu programmatibus promulgari iubebat. In *sanctione pragmatica* IVSTINIANI hæc in principio leguntur: *quædam dispendia esse censimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur; quo ipso simul generalis in occidentalibus prouinciis legis robur sanctioni pragmaticæ imposuit.* Eiusdem valoris est formula *sacri pragmatici TIBERII Augusti: Illustris & magnifica auctoritas tua hanc pragmaticam sanctionem in AETERNVM VALITVRAM*

- (y) Eiusmodi clausula occurrit in *epilogo Nou. CLXII. conf. l. 3. C. de legibus.*
(z) Vid. *Edictum XII. IVSTINIANI cap. I. Nou. LIX. cap. VI. l. 3. C. de legibus.*
(a) Quæ inter *edicta IVSTINIANI VII. loco* refertur.

RAM edictis propositis omnibus habitatoribus Africanarum partium innotescat, ut omnibus pateat, qualem pro utilitate eorum prouidentiam gerimus. Denique si (IV) sanctiones pragmaticæ legum collectioni inferebantur, generalium quoque vim iurium accipiebant, quod exemplo earum, quæ *Codici Iustiniano* fuerunt adiectæ, clarissime patet, quas vel hoc nomine *constitutionum vniuersalium* robur obtinere, ipse IUSTINIANVS in *constitutione de nouo Codice faciendo* (b) ostendit.

(4) si collectio-
ni legum in-
ferre.

§. XVIII.

Pragmatica autem rescripta, siue ratione collegii impetrantis tantum *legem constantem & particularem* faciant, siue *generalis constitutionis* auctoritate polleant, eadem, qua omnes imperatorum leges, *sanctitate* gaudent, ut violari impune possent a nemine. Quinimo cum per illas causæ publicæ prouinciarum, ciuitatum, collegiorum, & quarumcunque vniuersitatum definirentur; id eoque circa commodum publicum & publicam salutem versarentur: omnium sane intererat, illas ceteris omnibus multo sanctiores esse & accuratius obseruari. Qua de re solliciti imperatores hanc subinde clausulam iis subnexerunt: *Gloria itaque tua, que per hanc PRAGMATICAM SANCTIONEM statuuntur, æternitatis effectui mancipari obseruarique præcipiat* (c). Quam IUSTINIANVS adducto loco æternitatis effectui mancipari iubet

Sanctiones prag-
maticæ sanctis-
sime,

præsertim
quod publicum
commodum
concernant.

Earum sancti-
tas ex variis
formulis illu-
stratur.

G

(b) §. 2.

(c) Vid. l. 2. in f. C. de off. pref. pret. conf. *pragmatica sanctio IUSTINIANI in f. constitutio IUSTINI imp. de filiis liberar. in f. Nouella constitutio Iustini in f.*

bet pragmaticam formam: alio loco nunc & in aeternum seruandam esse hoc modo (d) præcipit: *tua igitur celsitudo, & qui post eandem administrationem acceperit, & parens tibi officium, que placuerint nobis per presentem diuinam pragmaticam formam, nunc & IN RELIQUVM OMNE TEMPVS seruabunt.* Hinc etiam sanctio pragmatica in aeternum valitura dicitur (e). Quam sancta porro quamque inuiolata & quam immortalis fere forma pragmatica esse debeat, omnium elegantissime IVSTINIANVS in hac formula docet (f). *Et volumus etiam illa tenere secundum hunc modum, & esse per omnia IMMUTATA & IMMORTALIA, hac sacra pragmatica lege per omnia tenente, donec sint homines, donec magnum & valde laudandum Christianorum nomen in hominibus est, & quotidie per Dei prouidentiam augetur; prouidente quippe bis ante alios omnes ipso sanctissimo patriarcha huius felicitis urbis, ut cum pontificali auctoritate ipse causa utens non sinat, ab ulla persona, neque sacerdotali, neque iudiciali, neque aliorum ulla deprauari, que a nobis ordinata sunt, sed etiam ipsum imperium coniuramus, ad magnum respicientes Deum, ut semper sceptrorum dominum vigilanter huic rei prouideat.* IVSTINIANVS in hac clausula pro sanctionis suæ obseruantia, aeternitati commendanda, primo pontificalem Constantinopolitani patriarchæ auctoritatem interponi iubet; deinde coniuratione quadam successores suos ad illius obseruantiam obligare cupit; tandem summi numinis pro-

(d) Vid. *epilogus Nou. LIX.*

(e) Vid. *sacrum pragmaticum TIBERII in f.*

(f) *Quæ inserta est Nouella LIX, cap. VII.*

providentiam pro eius aeterna conseruatione supplex adit: quibus omnibus enixissimam prodit voluntatem, vt legis tuæ pragmaticæ sanctitas inuiolata sit atque perennis. Quod reliquum est, sanctiones pragmaticæ nonnunquam *sanctione penali* muniti solent, multa graui in earum violatores constituta: id quod vel ex hac formula (g) perspicue intelligitur:

Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc SACRAM PRAGMATICAM declarantur legem, ea tam gloria tua, quam quicumque præterea reipublice nostræ magistratus custodire in perpetuum studeto: decem librarum auri pœna imminente his, qui vel hæc transgrediuntur, vel transgredi patiuntur. Exinde vero simul liquet, eandem in iussionum imperialium temeratores constitutam pœnam, magistratui imminere, cuius indulgentia *violatio sanctionis pragmaticæ* contingeret, quo illa & hac ratione ex omni parte facta illæsa atque inuiolata seruetur.

Ille subinde sanctione penali munitur.

pœna cum in earum violatores; tum in magistratum, qui eas violari patiuntur, constituta.

G 2

CAPVT

(g) Vid. Nou. CXXXVI. in f. conf. *sacrum pragmaticum TIBERII imp. in f.*



CAPVT II.
DE
**SANCTIONVM PRAGMATI-
CARVM MEDII ET RECENTIORIS
AEVI INDOLE ET AVCTO-
RITATE.**

*Sanctionum
pragmatica-
rum significa-
tus medio &
recentiori ævo.*



§. I.

Quæ de sanctionum pragmaticarum in-
dole & auctoritate ex legibus Roma-
nis præcedente capite adducta sunt,
atque ex antiquitatibus euoluta,
ea viam nobis pandunt, ad sanctio-
nes pragmaticas medii & æui recentio-
ris recte cognoscendas atque expli-
candas. Cum verò earum nomen nostro ævo in au-
gustiori fere, ac quidem olim apud Romanos, signifi-
catu occurrat, non adeo frequenter vero in monumen-
tis medii æui earum mentio fiat, nec eodem semper si-
gnificatu illæ accipiuntur; paucis de harum etiam in-
dole atque auctoritate hic agendum est. Ex Latio hæc
appellatio ad Francos & Germanos quoque transit, vn-
de iam in Regum Francorum capitularibus reperitur, licet
vsus earum fuerit parcior. Vnica fere earum mentio
occurrit in capitulari XXX Caroli M. lib. II. (h), vbi ita
cauetur: *si princeps voluerit, rem immobilem sancto loco
præstare, & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eo mo-
do permutationem contrahere, liceat hoc facere ei* DIVINA
SAN-

*In capitulari
XXX Caroli
M. eodem ac
apud Romanos
sensu adhibe-
tur,*

(h) Apud STEPHANVM BAENZIVM tom. I. capitularium re-
gum Francorum p. 447.

SANCTIONE PRAGMATICA *ab eo impetrata*. In eodem, quo Romanis *sanctio pragmatica* sensu veniebat, hoc loco adhibetur; praesertim cum REGINO, BURCHARDVS, IVO, & GRATIANVS (i) ex *Novellis* (k) hæc desumerint, eaque etiam in *capitularia* referri iusserit CAROLVS M., vnde postea eadem in *decretales* etiam a RAYMVNDO translata sunt (l). Obseruandum vero, in *Nou. cit. VII.* legem demum generalem bonis ecclesiasticis datam fuisse de iis non alienandis aut distrahendis, quæ ad hæc vsque tempora sub libera episcoporum dispositione fuerant. Permittit tamen imperator eam adhuc alienationem, quæ, tum commodo ecclesiarum fit, tum in reipublicæ necessitate & vsus necessaria visa fuit, id quod *pragmatica sanctione*, precibus impetranda, declarandum, corroborandumque erat, vt *firmitatem perpetuam* haberet. Hæc *sanctio* olim *decreti* instar fuit, quod postea loco eius pontifices desiderarunt, ab episcopo & capitulo interponendum. Merito vero IUSTINIANVS *pragmaticum rescriptum* impetrandum esse iudicauit, quod ipsemet *edicto generali* hanc qualitatem, ne alienarentur, primus bonis dederit, ideoque æquissimum conueniensque visum fuerit, *pragmatico rescripto* interueniente, de *permutatione* eorundem decernere, & ita *legem prohibitiuam* laxare. Postquam vero pontificum insidiis iura suprema imperatorum atque principum attrita sunt, episcopis hæc sparta tandem cessit, vt auctoritate sua alienationes cum consensu capituli permit-

quod ex Nouella VII. desumtum;

deinde decretalibus inserunt.

In Nou. VII. ad bonorum ecclesiasticorum alienationem sanctio pragmatica principis desideratur;

eius loco, tenore decretalium decretorum episcopi & capituli requirebatur;

G. 3.

mit-

- (i) In c. 2. C. 10. q. 2. vbi GRATIANVS non nouellam ipsam consuluit, sed *authenticas* plures, quæ post l. 14. C. de SS. eccles. apparent; inepta methodo coniunxit.
- (k) Nou. 7. c. 2. & *auth. sed & permutare, C. de SS. eccl.*
- (l) c. 1. X. de rerum permut.

mittere possent. Quæ cum ita sint, mirandum omnino est, RAYMVNDVM tam imprudenter egisse, & hunc textum, avo Carolingico quidem adhuc valde congruum, sed a decretalium recentioribus principiis recedentem, suæ compilationi inferuisse, qui non decretum episcopi, sed pragmaticam formam principis, vt permutatio impugnari nequeat, desiderat.

ideoque ista
constitutio in-
congrue in de-
cretales relata.

§. II.

Imperatores
hac voce xpi
sunt in ii., qua
ad statum pu-
blicum ecclesia
sticum pertine-
bant, definien-
dis;

quod ex variis
diplomatibus
illustratur,

Reges quoque Francorum atque Germanorum non raro præcepta sua, quibus bona, ecclesiis a maioribus concessa, confirmarunt, atque sub speciali tuitione seu munituribus imperiali esse voluerunt, pragmatica non sine ratione vocarunt; tum quod ad instantiam episcoporum & prælatorum hæc impetrata fuerint: tum quod publicum statum ecclesiarum firmauerint, & æterno munimento muniendum duxerint. Illustrat hoc diploma LVDOVICI II. de anno 850. (m), quo episcopo Cremonensi solemniter pragmatica iura, priuilegia, bona, atque immunitates ecclesiæ suæ confirmat. Prouocat ad CAROLI M. LVDOVICI Pii & LOTHARII præcepta: hæc eadem confirmat & sancit suo præcepto, vt loquitur, additque paulo post: cum omni integritate per nostram præceptionem ad eandem confirmemus ecclesiam. Sed eadem præcepta mox pragmatica vocat his verbis: quia etiam & addidit excellentiæ nostræ præfatus præsul, eo quod quidam Longobardorum & ceterarum gentium domini & genitoris nostri PRAGMATICVM transgredi soleant &c., quo ipso LOTHARII præceptum intelligit ea de re datum. Notabile quoque est OTTONIS II. diploma, quo præposito & congre-

(m) Apud VGHILLIVM in Ital. sacra, tom. III. p. 583. nouiss. edit.

gationi Bobienſis cœnobii anno 982. confirmavit bona atque iura, ad petitionem dilectiſſimæ coniugis, vt indicant verba hæc (n): *ita eſt nos pro remedio anime & amore præſatæ amantiſſimæ noſtræ coniugis ob STABILITATEM & præſati loci FIRMITATEM terræ Ebobien NOSTRÆ AVTORITATIS PRAGMATICVM concederemus &c.* In ſine ſanctionem hanc addit: *ſi quis igitur HVIVS CONFIRMATIONIS PRAGMATICVM infringere tentaverit. ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quingentas &c.* Iam antea anno 847. LVDOVICVS imperator ampliori & pleniori privilegio (o) proſpexerat huic monaſterio, in cuius calce hanc ſubneçtit formulam: *Et vt hoc NOSTRÆ AVTORITATIS PRAGMATICVM firmiſſimum omni tempore vigorem obtineat, & diligenter a poſteris noſtris cunctiſque miniſtris rei publice Italiæ conſeruetur, more noſtro ſubter confirmavimus, & de bulla noſtra ſigillari præcepimus.* More Romanorum hanc formulam elegit, qui ea, quæ in publicis æternam & inuiolabilem auctoritatem obtinere debebant, *pragmatica ſanctione* firmabant. Præterea in Italia more antiquorum imperatorum agebant, eorumque ſtylum in ſuos transferebant uſus, vt ſe proſus ad morem antiquorum imperatorum componerent. Rurſus anno 972. OTTO II. (p) confirmauerat eidem monaſterio comitatum Bobienſem cum omnibus ad idem monaſterium pertinentibus bonis ſub hac formula: *per NOSTRÆ AVTORITATIS PRAGMATICVM. Sanctionis pragmaticæ mentionem ſpeciatiim facit CONRADVS II. anno 1138. in privilegio, archiepiſcopo Piſano dato (q)*

more Romanorum

more antiquorum imperatorum, in Italia præſertim.

- (n) Apud VGHELLIVM in *Italia ſacra* tom. III. p. 974. nou. edit.
 (o) Apud EVNDEM *cit.* l. p. 962. ſq.
 (p) Apud EVNDEM *cit.* l. p. 391.
 (q) Apud EVNDEM tom. V. p. 703.

in hac formula: *notum esse volumus, quod pietatis intuitu*
 - - - *tibi Balduino venerabili Pisanorum archiepiscopo tuis-*
que successoribus IN PERPETVVM a regali largitione donauim-
us, atque concessimus, & inconuulsa permanere, PRAGMA-
TICA SANCTIONE decernimus &c. VBALDO archiepiscopo
 eadem confirmavit bona FRIDERICVS imperator anno
 1178. sub hac formula: PRAGMATICA SANCTIONE *eis con-*
firmamus, & INCONVULSA STABILITATE eis permanere de-
cernimus omnia illa bona &c. CAROLVS M. anno 805. ab-
 bati monasterii, in suburbio Veronensi, siti varia priui-
 legia concessit sub hac sanctionis formula: *Si quis igitur*
temerarius aliquid contra huius nostrae SANCTIONIS PRAG-
MATICVM machinari vel peragere presumpserit, sciat se
XXX. librarum communitatis nostrae penam persolaturum.

praedicatum
 pragmatici
 simpliciter ad-
 hibuerunt, non
 addito rescri-
 pto vel decre-
 to.

Novo plane more *sanctionis pragmaticum* praecipuum
 siuum appellat imperator, quod veteres praedicatum
pragmatici quidem simpliciter suis rescriptis tribuere
 sive fuerint; quamvis *rescriptum* sub ea appellatione intel-
 lexerint, nunquam tamen *pragmaticum nostrae sanctionis*
 aut *rescripti* dixerint.

§. III.

Auo capitula-
 rium maior
 usus vocis pra-
 cepti, quam
 sanctionis pra-
 gmatica;

In capitularibus quidem aliisque diplomatibus
regum Francorum vocis huius usus rarior occurrit: res
 ipsa tamen haud defuisse videtur. Non negligenda
 est hoc loco, elegans BALVZII (r) observatio, asserentis,
 auo capitularium solenniorem fuisse PRAECEPTI vocem,
 eamque idem ac *sanctionem pragmaticam* significasse, si
 huius indolem peculiarem, auctoritatem, & sanctita-
 tem intuemur. In cuius rei testimonium quamvis
 praecipuum (s) ARNVLPHI imperatoris Patauieni eccle-
 siae

(r) In notis ad libros capitularium tom. II. p. 1176.

(s) In metropoli Salisburgenfi tom. I. p. 370.

fiæ concessum proferat: ad eandem tamen obseruationem corroborandam aliã nonnulla diplomata spicilegii loco adhuc addere liceat. LVDOVICVS Cosmariçensii (t) monasterio per *præceptum* ius duas plures naues per omnia regni ipsius flumina dirigendi largitus est, quod *præceptum* simul *regalis sanctio* vocatur hac formula: *ad culus concessionis auctoritatem corroborandam hoc præsens fieri iussimus* PRÆCEPTVM, per quod IMPERIALI AVCTORITATE iubemus, ut nullus nostrorum *præsentium* sue futurorum in hac REGALI SANCTIONE audeat, illis in aliqua parte contradicere. Eodem fere priuilegio idem monasterium exornauerat (u) CAROLVS Magnus, publico eam in rem *præcepto* edito, more apud Romanos vsitato, quo imperatores priuilegia, causam publicam concernentia, per *formas pragmaticas* collegiis indulgere solebant. In hunc quoque censum referendum LVDOVICI Pii *præceptum* (x), quo ad preces præfulis Vienneſis ecclesiæ huius priuilegia confirmat. Cum hac voce subinde etiam coniuncta reperiuntur vocabula adicialia, ex ratione concessionis, per *præceptum* indultæ, desumpta. Vnde in Francorum regum constitutionibus *præceptum* vocatur: *hoc nostræ immunitatis præceptum* (y): *hoc nostræ auctoritatis præceptum* (z): *hoc præceptum munificentie nostræ* (a): *nostræ mansuetudinis præceptum*

id quod ex diplomatis illustratur.

Ex natura concessionum præcepta varia habent verba adicialia.

H

ptum

- (t) Ipsum *præceptum* existat apud BALVZIVM c. l. tom. II. in *append. actorum veterum* n. XXI. p. 1402.
 (u) BALVZIVS *cit.* l. n. XX. p. 1401.
 (x) §. 4. *constit. de codice Iustin. confirm.*
 (y) Apud BALVZIVM tom. II. in *append. actor. veter.* n. XXVI. p. 1406.
 (z) Apud EVNDEM c. l. n. XXX. p. 1411. & n. XXVIII. p. 1408.
 (a) Apud EVNDEM c. l. n. XXXI. p. 1412.

ptum (b): hæc præcellentiæ nostræ regalis præceptio (c): præceptum altitudinis nostræ (d): hoc celsitudinis nostræ præceptum (e): præceptum hoc restitutionis seu restaurationis (f): hoc nostræ auctoritatis atque largitionis præceptum (g): serenitatis nostræ (h) præceptum; & quæ sunt eius generis alia. Eiusmodi præceptorum non minorem, quam sanctionum pragmaticarum apud Romanos, fuisse auctoritatem atque sanctitatem, clarissime patet ex formula, subiecta LVDOVICI imperatoris (i) præcepto, quo monasterium S. Mauri ad preces eiusdem cœnobii abbatis in singularem tutelam suscipit, variisque immunitatum priuilegiis exornat, quæ sic sese habet: *Præcipientes ergo auctoritamus atque confirmamus, ut nullus iudex non imperator, non rex, non episcopus, non comes, aut iudicialia potestas, hoc excellentiæ nostræ præceptum audeat violare, sed hac visa AVCTORITATE, sicut sua voluerit acta esse firma & stabilia, ita & hoc nostrum sinant FACTVM manere inuiolatum, ita videlicet, ut sub hac ratione duæ conscribantur membrane vno tenore, & una sub theca S. Mauri habeatur, & altera a prædicto abbate Engelberto in Tassalensi cœnobio conservetur. Si quis autem insanus & Deo contrarius fuerit, qui hoc NOSTRÆ AVCTORITATIS PRÆCEPTVM violare præsumserit, a liminibus sancte ecclesie expulsus, & ab omnibus*

Præceptorum eadem ac sanctionum pragmaticarum sanctitas.

illorum violationibus maxima pena indiget.

epi-

(b) Apud BALVZIVM c. l. n. XLVI. p. 1430.

(c) Apud EVNDEM l. c. n. LXVIII. p. 1455.

(d) Apud EVNDEM c. l. n. LXXXIV. p. 1472. & n. CVII. p. 1500.

(e) Apud EVNDEM l. c. n. LXXXV. p. 1473.

(f) Apud EVNDEM c. l. n. XCII. p. 1484.

(g) Apud EVNDEM c. l. n. XCIX. p. 1491.

(h) Apud EVNDEM c. l. n. CXXIV. p. 5020.

(i) Apud EVNDEM c. l. n. LII. p. 1437.

episcopus totius Gallie excommunicatus, a cœtu fidelium sit segregatus, & cum Caipha & Pilato, Iuda quoque traditore domini penas æternas sustineat, atque cum principe demoniorum sedem Gebennalem, cum a corpore eius anima exierit, sibi paratam inueniat. Vti omnia fere cancellariæ officia clericis olim fuerant demandata: ita non mirandum, eiusmodi atroces formulas, quarum solum lectio horrorem animo incutit, ex clericorum ingenio profuisse. Interim exinde elucere sufficiat, præcepta imperialia ita sacrata fuisse, vt eorum violatoribus, siue hi episcopi siue comites fuerint, grauissima pœna fuerit scripta. Tandem & illud adhuc monendum superest, præcepti vocabulum sæpissime latiori significato ceteras quoque principum constitutiones denotare, vt exempli ergo per illa tamen in latiori sensu alia principum constitutiones denotantur, *LOTHARII* imperatoris præceptum (1) hic laudare sufficiat, quo Agelmario archiepiscopo Viennensi liberum de bonis ac facultatibus suis statuendi ac disponendi arbitrium indulget; quæ constitutio tamen re ipsa inspecta tantum rescriptum est, de causâ priuata ad certam personam latum. Vt præteream, etiam capitularia. *capitularia* ipsi subinde præcepta dici; quamuis ex ipsius causæ consideratione diiudicatu non sit difficile, cuiam constitutionum speciei quodlibet sit accensendum.

§. IV.

Ex his colligere licet, I) in eo quidem has præcepta cum pragmaticas accedere ad iuris Romani morem, quod sanctionibus pragmaticis conueniunt preces supplicantium præsupponant, ad quorum instantiam interpositæ fuerint: II) vt plurimum I. quod preces supplicantium præsupponant; *confir-* mationibus priuilegiorum, iurium & bonorum acquiretorum

H 2

(1) Apud BALZIVM c. l. n. LVI. p. 144l.

II. maiori auctoritati gra-
tia sunt inter-
posita,

III. in causis
publicis regu-
lariter,

IV. sanctione
penali fuerint
munita,

torum hoc *praedictum augustius* attributum fuisse, vt eo maiore auctoritatem, *imperiale* scilicet & eandem, quam olim *sanctiones pragmaticae imperiales* habuerunt, lucrarentur, & aeternum robur ac indefinentem vigorem haberent. Vnde generalem hanc struxit regulam FRIDERICVS I. in diplomate *de anno usq.*, quo inter dominum de Groitich & abbatem Regauicensem litem composuit, eandemque compositionem roborauit (m): *aequitati & rationi censemus consentaneum, vt contractus, qui in nostra sunt audientia, nostrae* AVCTORITATIS PRAGMATICA SANCTIONE *roborentur.* III.) Plerumque quidem causis, statum ecclesiarum publicum concernentibus, hoc vinculum eximius & aeterni roboris additum, nonnunquam tamen etiam compositionibus, super litibus mere priuatis initis, idem additum fuisse, vel modo praedictum diploma loquitur, rariori licet exemplo. IV.) Clausulas *penales grauiores* illis superadditas fuisse, nonnunquam etiam imprecationes, vt eo maiorem incuterent terrorem illi, qui eas infringere & violare ausus fuisset, id quod *sanctionibus* proprium est. In praedicto diplomate haec sanctionis formula occurrit: *statuentes, vt quicumque ipsum (scriptum) infringere attemptauerit, decem libras auri pro satisfactione componat.* In alio eiusdem imperatoris diplomate *de anno usq.* (n), quo episcopo Herbipolensi, vt duci, *omnem iurisdictionem, & plenam potestatem faciendi iustitiam per totum episcopatum & ducatum Wurceburgensem* confirmat, hanc praemittit formulam, in sanctionibus pragmaticis vsitatam: *statuentes imperiali auctoritate, & LEGE PER-*

(m) Refert hoc diploma *ill. Dn. de LVDEWIG tom. II. reliquiar. MSCs. p. 201.*

(n) SCHANNAT in *vindem. literar. collect. II. p. 116. seq.*

PETVO VALITVRA *decernentes*. Tandem hanc grauioris ponderis clausulam subnectit: *Sit igitur hac* NOSTRA PRAGMATICA SANCTIONE *supra dictorum omnium* OMNI AEO STABILIS & FIRMA CONSTITVTIO, & nemo villo *unquam* tempore ea infringere & cassare praesumat. Quicumque autem contra eam venire praesumpserit, imperatorie maiestatis reus seuerissima animaduersionis penas exsoluat, & mille libras auri purissimi componat cameræ nostræ, & alteram medietatem Wurzeburgensi episcopo & ecclesie. Denique V) non inusitatum fuit, talia præcepta publica V. editales sanctiones dictæ EDICTALES SANCTIONES vocare, vt in diplomate FRIDERICI II. de anno 1233. quo magistros ciuium absque episcoporum consensu fieri vetat sub hac formula: *hac nostra* EDICTALI SANCTIONE *dampnamus* (o), quæ etiam continetur in diplomate eiusdem imperatoris de anno 1232. similis argumenti (p). In FRIDERICI I. diplomate de anno 1151. (q) expressius dicitur: *Et vt hac nostra imperialis* sanctio *omni aeo* STABILIS & INCONVLSA *permaneat* &c. CAROLVS IV. in diplomate de anno 1356. quo RVDOLPHO vel etiam sanctiones imperiales Saxonie duci dignitatem, electoralem, ducatus Saxonie annexam, cum aliis iuribus confirmat (r), illud ipsum appellat declarationem, *decretum*, & SANCTIONEM: id quod etiam aliis similibus formulis exprimitur & declaratur. Anno 1143. CVNRADVS II. confirmauit privilegia cœnobii Richerspergensis hac formula: *vt autem in contradicibilis & inconuulsa permaneat hac nostra*

H 3 REGA-

(o) Apud SCHANNAT. coll. 1. cit. 1. p. 196.

(p) Apud EVNDEM in historia episc. Wormat. eiusque cod. prob. n. 120.

(q) B. HEINECCIUS lib. II. antiq. Goslar. p. 160.

(r) Apud SCHANNAT. in vindem. litterar. coll. II. cit. 1. p. 132. inf.

REGALIS CONSTITVTIO, *communiri & insigniri eam fecimus*
regali nostro sigillo (s). Regalis enim constitutio idem designat, quod *sanctio pragmatica*, vt ex comparatione locorum allatorum liquet. Quid? quod etiam *pragmatica donatio & confirmatio* dicta fuerit, teste formula in diplomate de anno 1210., tom. II. bullar. Casin. p. 240. allato:

Si quis autem huius nostrae promulgatae auctoritatis & PRAGMATICAE DONATIONIS & confirmationis temerarius violator exstiterit, centum libras auri purissimi pro poena se compositurum cognouerit; dimidium fisco nostro & dimidium praedicto canobio eiusque rectoribus. Adducit etiam hanc formulam reuer. praeful Gottwicensis (t), adeoque mirandum est, quod hanc formulam, quae tamen non infrequens est in diplomatibus caesareis, & graue pondus habet, haud notauerit, nec inter species diplomatum, quas recenset (u), *pragmaticas sanctiones* retulerit, sed sicco pede vbique praeterierit. Etenim ex antea allatis monumentis perspicuum est, optimo consilio & grauissima de causa hac formula vios fuisse imperatores, vt *aeternam auctoritatem, sanctitatem, & inuiolabilitatem* his confirmationibus, fundationibus, atque concessis priuilegiis conciliarent.

§. V.

Recentior sanctionis pragmaticae significatus,

I. pro iure priuato constituto

Sed sicuti appellationibus ambigue vsi sunt imperatores regesque; ita pederentim *pragmaticae sanctionis* appellatio a significato Romano quodammodo deflexit, & in legibus antiquis vel *iuri constituto* in genere, vel *edictis principum* applicari coepit. Prius liquet ex MICHAELIS ATTALIATAE proconsulis & iudicis opere de

iure,

(s) Ill. Dn. de LVDEWIG tom. II. *script. rer. Germ.* p. 253.

(t) Tom. I. P. I. *chron. Gottwic.* p. 409.

(u) *ibid.* p. 81. sq.

inure, quod hoc modo inscripsit: *pragmatica, facta imperatoris Michaelis Duca iussu* (x). In hoc opere *uniuersum iuris systema* continetur, vt vel *institutionum* vicem subire queat, & sine dubio, vt maiori auctoritate polleat, ab ATTALIATA hoc nomine insignitum est. Posteriorius ex *legibus Siculis* constat, in quarum *libro I. tit. 64.* (y) *II. pro editis principum.* vbi de pecunia mutuo data, & sic de caussa mere priuata, ita cautum: *per presentis SANCTIONIS PRAGMATICAE EDICTVM nostris fidelibus duximus distinguendum, cum tamen in ipso constitutionis capite dicatur: hac edictali lege sancimus, & ita lex proprio motu promulgata sit.*

§. VI.

Hunc significatum etiam recentior aetas approbavit, atque in primis constitutionibus in perpetuum valituris, quae de *causis publicis* atque imperii habentis promulgantur, attribuit nouiter, vt non amplius sint rescripta ad implorationem vniuersitatum vel magistratum prolata, sed ad *edictorum & constitutionum publicorum* indolem inclinent. Hoc itaque sensu hodie *Illarum definitio.* *sanctiones pragmaticae* a potiori sunt *constitutiones scriptae summorum imperantium vel principum, de publico reipublicae statu ob salutem publicam cum consensu procerum latae & promulgatae, vt perpetuum robur, sanctitatem & inuiolabilitatem habeant.* Equidem a) prout diuersus reipublicae status est, ita etiam haec sanctiones *pragmaticae* consistunt; ordinarie tamen consentientibus regnorum proceribus, magna adhibita deliberatione ordinantur, quod statum publicum concernant, eiusque formulam perpetuam constituant, qualia in regnis plerisque cum pro-

(x) Apud LEVNCLAVIVM tom. II. iur. Graeco Rom. p. 1.

(y) Apud LINDEBROGIVM in LL. antiq.

*sunt leges fundamen-
tales,*

*Et a) de statu
publico, b) per-
petua auctori-
tatis, c) Et san-
ctitatis causa
feruntur,*

procerum, qui rempublicam repræsentant, consensu concinnantur. Atque hoc modo sunt *leges fundamentales regnorum & rerumpublicarum*, statum publicum determinantes, quibus *ius publicum* instruitur, habentque hasce eximias qualitates: (1) quod publicum statum & incolunitatem reipublicæ stabiliant firmentque: (2) hac intentione condantur, vt *æternam auctoritatem* & robur, ceu fundamentum reipublicæ, constituent: (3) denique *sanctitate singulari* muniantur, vt ab omnibus sancte & inuiolabiliter ferentur; vt dicitur in *art. V. I. P. §. 1.* Hac de causa θ) etiam per *scripturam* plenius & accuratius determinari debent. Equidem dantur etiam *iura publica non-scripta*, quorum pertinet *observantia imperii*, magnum pondus in controuersis illustribus habens; illa tamen ad hanc speciem, de qua agimus, referri nequeunt, quæ sine *speciali determinatione*, in scriptis facienda, concipi non possunt, sicuti nec in *iure Romano* nec in *diplomatibus mediæ æui* absque *scriptura* intelliguntur. Equidem γ) non semper hac appellatione *leges fundamentales rerumpublicarum* veniunt, sed aliis quoque insigniuntur nominibus; augustior tamen hæc designatio plerisque gentibus placuit, vt, quæ in *ecclesiasticis & politicis* ad rerumpublicarum perpetuam securitatem constituuntur, *sanctionis pragmatice* auspiciatissimum nomen accipiant. Iam *cap. I.* exemplo *sanctionis Gallicane pragmatice*, magna sollicitudine in comitiis regni confectæ, hoc illustrauimus, atque ostendimus, parem MAXIMILIANVM I. adhibuisse sollicitudinem, vt in Germania quoque talis *pragmatica sanctio* pro tollendis atque eradicandis grauaminibus, a curia Romana allatis, promulgaretur, quamuis reformatio, qua

qua vires curiæ R. fractæ, his quoad maximam partem finem dederit, sine vlla *pragmatica sanctione*.

§. VII.

Iuuabit vero, ad species quasdam eximias & eminentiores progredi, inter quas optimo iure, vt tantum de *imperii nostri* rationibus edisseramus, in genere retuleris *leges fundamentales scriptas imperii*, quæ a publici iuris interpretibus hac de causa *sanctiones pragmaticæ* vt plurimum dici solent. Inprimis vero (I) *aurea bulla* CAROLI IV in harum censum venit, & ab interpretibus iuris publici, vt VITRIARIO (Z), STRVVIO (a) aliisque per *pragmaticam sanctionem* definitur, quod in comitiis Norimbergenfibus & Metenfibus per illam electio & coronatio imperatorum, electorum prærogatiuæ fingulares, vicariatus imperii aliaque plura iuris publici capita specialius determinata sunt, hunc in finem, vt robur imperii obtinerent perpetuum, statumque publicum imperii consolidarent. Qua de causa CAROLVS IV. aliquoties vim *legis in perpetuum valituræ* ei tribuit, & quilibet electus imperator se ad eius obseruantiam obstringit in *capitulationibus* (b). Licet enim quædam, statu ipso mutato, tacite in ea immutata fuerint (c), plura etiam a Iuris in ea desiderentur non sine ratione (d); non tamen hoc ipso naturam *sanctionis pragmaticæ* in perpetuum valituræ amisit, cum in his, quæ non sunt expresse aut tacite mutata, ab antiquo eam

*Ad sanctiones
pragmaticas
imperii refer-
tur*

I. *Aurea Bulla,*

*quod per illam
status imperii
publicus deter-
minatus sit.*

*retinet natu-
ram sanctionis
pragmaticæ,
quædam in illa sine
mutata,*

I

CON-

- (z) *lib. I. iur. publ. tit. 2. §. 12.*
 (a) *in iur. publ. prud. c. VI. §. 3.*
 (b) *art. 2. capitul. Caroli VI.*
 (c) *De his capitibus vid. BRVNEM. de mutat. A. B.*
 (d) *De quibus illustr. huius acad. cancellar. Dn. de LVDEVIC in erud. comment. ad A. B. consulendus.*

*Cura electoris
Mogunini &
ciuitatis Fran-
cofurtensis
pro conseruan-
do codice A. B.
membranaceo
originali, cuius
fila serica, un-
de sigillum
pendebat, vetu-
state atrita
fuerat.*

conseruauerit. Hac de caussa quoniam fila serica ni-
gri & flauī coloris, ex quibus sigillum aureum, origi-
nali membranaceo affixum, pendebat, vetustate attrita
essent; Elector Moguntinus ANSELMVS CASIMIRVS Fran-
cofurtum misit GERHARDVM PHILIPPVM de SCHWAL-
BACH, cantorem ecclesie cathedralis Moguntinae, &
THOMAM DISSELVIVM I. V. L. atque consiliarium inti-
mum, qui cum reipublicae Francofurtensis Deputatis
in praesentia duorum notariorum vt & testium die X.
dec. in curia conclauī electionis serica fila flauī & ni-
gri coloris per XLIII. folia membranacea & sigillum au-
reum traxerunt, vt ex instrumento notariorum liquet.
Inter alia vero referunt: und hat obgedachter Herr
Zacharias Stenglin beyder Rechten Doctor, und Syn-
dicus folgenden mündlichen Vortrag gethan, und uns
Notarien zu verstehen gegeben, wie das ein Wohladel,
Gestreng, Ehrenvest und Hochweiser Rath dieser
Stadt eine hohe Nothdurfft, wie es denn auch der Au-
genschein selbst mit sich brächte, erachtet, das nachdem,
weyland der Allerdurchlauchtigste, Großmächtigste und
Unüberwindlichste Römische Kayser Carolus, dieses
Nahmens der Vierde, Christmildesten und Störwär-
digsten Angedenckens und das Heil. Reich hiesiger, als
des Heil. Reichs Königl. Wahlstadt Franckfurth an
Mayn diese sonderbahre Gnade erwiesen und dero
PRAGMATICAM in anno 1356. publicirte SANCTIONEM IMPE-
RII, gemeinlich die güldene Bull genant, in originali
zu conseruiren allergnädigst anvertrauet und überliefs-
fert ic. Hæc eadem verba postea repetuntur in literis
requisitionis notariorum, atque his subiicitur: Aller-
massen aber die durch dem LIBELLVM PRAGMATICAE SAN-
CTIONIS, und daran hangende Kayserl. Bullam gehende
gelt

gelb und schwarz seidene Fäden durch Langwierigkeit der Zeit (sich nunmehr in die 286. Jahr erstreckend) nach und nach consumiret und dergestalt verzehret worden *ic.* Significatum hoc fuisse electori Moguntino, eumque in senatu rogatum, subiiciunt literæ requisitoriales, vt commissarios mitteret eosque instrueret, gegenwärtigen actui beyzuwohnen, und anzusehen, nicht allein wieder LIBELLVS vor angeedeuteter PRAGMATISCHER SANCTION, so wohl an dem Bande als Pergament, desgleichen die bulla ganz unversehrt ungeändert und in voriger gänglicher wahrer integrität *ic.* Indese requisitos esse aiunt, daß sie diesen aniego vorsehenden actui beywohnen, die ocularem inspectionem præfati libelli pragmaticæ sanctionis eiusdemque bullæ einnehmen *ic.* Denique in fine subiiciunt notarii: Nachdem wir Notarien und Zeugen nun dieses gnungsam besichtigt gelesen, in notam genommen, und befunden, daß alles und jedes gar herrlich und wohl verrichtet, habe ich Notarius Reißschneider und ich Notarius Eberg das LIBELLVM PRAGMATICÆ SANCTIONIS und anhangende güldene bullam also verfertiget, dem Herrn Stadtschreiber Adamo Schiele hinfirners zu verwahren und an gebührenden Ort hinzulegen zu handen gestellet *ic.* (e). Hoc modo in præsentia commissariorum, ab electore Moguntino delegatorum, conseruatum est ipsum originale huius sanctionis pragmaticæ in sua prisca integritate, quod merito hoc constanter nomine designatum est, quod legis publicæ & fundamentalis & in perpetuum valituræ vim habere debeat,

I 2

& per

(e) Seriem totius causæ refert THVLEMARIUS de bulla aurea, argent. &c. p. 34. seq.

*A.B. in scriptis
publicis sanctio
pragmatica ap-
pellatur.*

& per aliquot secula iam obtinuerit. Quocirca in scriptis publice editis & controuersis illustribus non raro hæc lex fundamentalis imperii augusto hoc nomine insignita, ex quibus vel hoc testimonium adferre lubet. In causa Erfürtenfi electoris Moguntini ius superioritatis territorialis in dubium anno 1646. inter alia hoc argumento vocatum est (f): *Über dieses ist anno 1356. von allerhöchst ermeldeten Käyser Carolo IV. in seiner güldenen Bulle, als SANCTIONE IMPERII SVMME PRAGMATICA, die Stadt mit Vorbewußt und Genehmhaltung aller Chur- und Fürsten, und also auch insonderheit des damahligen Herrn Erzbischoffen zu Mäynß, und ohne einige dessen verbedingliche protestation, nicht weniger als andere Reichs-Stände, zur Vergleichung beyder Herren Churfürsten zu Sachsen und Brandenburg autorisiret; da sonst wann der Herr Churfürst zu Mäynß der Stadt damahls die immedietät nicht wäre geständig gewesen, oder einer omnimodæ iurisdictionis sich berechtiget geachtet hätte, er gewißlich sie dergestalt mit andern Reichs-Ständen und Städten nicht in auream bullam kommen lassen.*

§. VIII.

*II. Pax religio-
sa*

Pari iure quoque (II) huc referenda *Passauensis* transactio cum pace religiosa hac intentione, vt legis in perpetuum duraturæ fundamentalis vigorem haberet, inita, in comitiis anno 1555, unanimi consensu imperatoris statuumque imperii roborata, si *reservatum ecclesiasticum* exceperis. Enimuero hæc *sanctio pragmatica* fides in oculis Iesuitarum & sequacium fuit, qui variis infi-

(f) LVNIG in der Grundfeste Europ. Potenzen Ge-
rechtsame P. I. p. 271. in f. sq.

insidiis & machinationibus vim *sanctionis pragmaticæ* ei detrahere, omni ope annisi sunt. Dillingenses inprimis id egerunt, vt arte cauillatoria omnem vim sanctionis pragmaticæ huic paci religioſæ adimerent, hanc mouentes quæſtionem: *pacificatio hæc religionis ſeu pragmaticæ ſanctionis an potius tranſactio quedam eſt ac fœdus (g)?* Censent Iesuitæ, plurimum intereſſe inter imperialem conſtitutionem ac fœdus. Hoc enim & tranſactio, aiunt, cum pacti rationem habeat, ex ſingulorum paciſcentium conſenſu originem ac vim ſuam accipit, ita vt neminem obligare poſſit, qui non conſenſerit aut contradixerit. Conſtitutio autem pergunt, ad omnes fertur, etiam renitentes, ſi imperator voluerit & decreuerit, & vt in comitiis fieri ſolet, maior pars ordinum decreuerit. Subinde pragmaticæ ſanctionis notionem ex l. 7. C. de diuerſis reſcriptis euoluunt, atque rationes dubitandi, ex quibus pragmaticæ ſanctionis vigorem habere deberet, adferunt, eaſ tamen ſophiſticis reſponſionibus euertere conantur, indolem conſtitutionum imperialium haud callentes. Aperite docent, p. 17. n. 16. *ſi conſideretur ipſe tenor, ac forma pacificationis, apparebit manifeſte, non eſſe pragmaticam ſanctionem, ſed proprie dictam inter aduerſas partes tranſactionem ac fœdus.* Ineptiunt Dillingenſes grauiffime, cententque ſanctionem pragmaticam ab imperatore tantum fieri, & inde colligunt p. 18. *inauditum eſt (Iesuitis) ac minime uſitatum, vt in pragmatica ſeu pure imperiali ſanctione imperator, ſi ordines imperii diuiſi ſunt, uni parti accedat, tanquam compars, obligans ſe alteri parti; id enim proprie ſignificat tranſactionem ſeu fœdus inter duas diſſidentes partes.* In aliis quidem decretis, quando ſtatus in

I 3

diuerſa

Iesuitæ & Dillingenſes inprimis vim ſanctionis pragmaticæ ei denegarunt,

quod magis pro tranſactione inter partes fit habenda,

cum in ſanctione pragmatica imperator uni parti ex ordinibus vt compars non accedere ſoleat,

(g) in compoſit. pacis c. 3. qu. 25. p. 115.

diuersa abeunt, censent imperatorem tanquam caput imperii, auditis & pensatis eorum sententiis, decernere, quod iustum & vtile est, ut statuum suffragia, ex Dillingensium infrunita sententia, sint mere *consultatiua*, parumque adferant ad *pragmaticæ sanctionis* vigorem. In sequentibus ex hoc nefando principio virulentas insidias aperiunt, quibus *pacem religiosam* eneruari posse ac deberi censuerunt. Etenim p. 122. n. 20. garrunt: *per sanctionem pragmaticam decerni debet, quod fecundum se æquum & iustum est, inprimis vero statuentis iurisdictioni ac potestati statuentis subiectum.* Applicant id ipsum ad *Passauiensem transactionem & pacem religiosam*, in se iustum non esse, vt A. C. additi bona ecclesiastica & iura possessa retinerent, existimantes: addunt, excedere omnem secularem etiam supremam *Cæsaream Maiestatem*, talia quid statuere, vel lege publica roborare. Videlicet, vt reliquas ineptias non tangam, persuadere sibi aliisque voluerunt, deficiente *pragmaticæ sanctionis* inuiolabili sanctimonia, *transactionis fœderisque* vincula in *pace religiosa* admissa facile rumpi posse, variisque exceptionibus subiecta esse, inprimis metus, concussionis, conditionis moraliter impossibilis &c. Protestantes proinde huc omnia sua direxerunt consilia, vt pestilentissima huic sententiæ dicam scriberent, & inprimis *Edicto FERDINANDI II. de anno 1629.* omnem vim obligandi adimerent, allegantes, vim legis *fönnen es auch nicht haben, diereil im Römischen Reich* ad formam sanctionis *pragmaticæ* consensus statuum *erfordert wird, welcher hier ermanget* (h). Elector Saxonie inprimis contra *Edictum*

Ferdi-

Et causæ ecclesiastica per pragmaticam sanctionem deici non queant,

ideoque eam in parte habent pro transactione, variis exceptionibus obnoxia.

studia protestantium pro sanctitate eius conseruanda.

(h) Dn. de MEYERN P. II. act. pacis Westphal. publ. p. 530.

Ferdinandum de anno 1629., quod Iesuitarum suggestio-
nibus debetur, in literis sub dato Dresdæ d. 28. April.
1629. (1) visit: **der Religions-Friede sey auf öffentlichen
Reichs-Tag geschlossen, und in forma pragmaticæ san-
ctionis im Reiche publiciret worden.** Paulo post no-
tānter subiungitur: **religions-Friede sey kein temporel-
Werck, sondern ein vinculum perpetuum und immer-
währendes Werck, cum clausula derogatoria in præteri-
tum & futurum.** Cardo ergo rei primario in eo consiste-
bat, vtrum pax religioſa tantum simplex *conuentio &
transactio*, an vero simul *sanctio imperii pragmatica*, per-
petuo constans robore, ad quietem publicam conser-
uandam esset habenda? Posterius merito vrgebant pro-
testantes contra insidias catholicorum, ideoque rursus
in *grauam. eorum anno 1641. editis* (1), idem profitentur:
**was für das andere erreget, ob wären etliche der grau-
aminum durch den Religions-Frieden erlediget, welche
doch Fürsten und Stände Augspurgischer Confession
selbst pro sanctione pragmatica eaque perpetua & stabili an-
gezogen, ic.** id quod etiam status catholici expresse qui-
dem passi sunt, sed occulta machinatione quidam in
contrarium iuerunt, & nil nisi *gratiosam tolerantiam* in
ea contineri censuerunt. Hoc ipsum Evangelicorum
grauamina anno 1646. M. Ian. exhibita §. 4. loquuntur,
apud Dn. de MEYERN *P. II. act. pac. Westphal. p. 529.* atque
ostendunt, ipso *usu & persecutionibus* agnita fuisse prin-
cipia Dillingensium. Qua de causa in *pace Osnabru-
gensi §. V. §. 1.* principia insidiosæ eorum, qui pacem re-
ligioſam destruere conabantur, in exilium acta, cau-

*Catholici in illa
gratiosam tole-
rantiam tan-
tum contineri
censuerunt.*

(1) LONDORP. *tom. IV. lib. I. c. 3. p. 4.* conf. SCHWEDER.
de pacis relig. perpetuitate & constantia.

(1) Apud EYNDEN *tom. V. c. 100. lib. I. p. 247.* (1)

In instr. pacis
tandem confir-
mata & corro-
borata.

tunquē (m), vt *transactio Passauiensis* & *secuta pax religiosa de anno 1555. in omnibus suis capitulis, vnanimi imperatoris electorum principum & statuum vtriusque religionis consensu initis ac conclusis, rata habeatur, SANCTOQUE atque INVIOABILITER seruetur*, quo ipso vis *sanctionis pragmatice* in hac pace agnita est, quæ potissimum in eo consistit, vt quod ad quietem salutemque publicam in comitiis constitutum, *sancto atque inuolabiliter seruetur*. Etenim necessarium esse iudicabant pacis Osnabrugensis conditores, ante omnia omnes e medio remouere scopolos atque maleuolorum turbulenta & infidiosa subterfugia, iisque obicem ponere, id quod etiam passim in alijs §§. factum est. Denique vt nullum sophistis subterfugium superesset, pacificatores adiunxerunt: *Quæ vero de nonnullis in eis articulis controuersis hac transactione communi partium placito statuta sunt, ea pro PERPETVA dicte pacis DECLARATIONE tum in iudicijs quam alibi obseruanda habeantur, ne per indirectum sublata esse videatur &c.*

§. IX.

III. Pax Osnabrugensis.

Hoc modo pax religiosa ab omnibus dubijs liberata, ac ad maiorem auctoritatem *legis pragmatice* rursus traducta est. Multo magis ergo (III) ipsa *pax Osnabrugensis*, qua illa denuo corroborata, ad leges imperii fundamentales & *pragmaticas sanctiones* referri debuit, quo *perpetua norma & regula*, iuxta quam dissidia ecclesiastica inter diuersæ religionis consortes in futurum decidi possent, constituta, & publicus imperii status in posterum contra omnes internas turbas & contentiones munitus est. Equidem per modum *pacti &*

trans-

(m) art. V. I. P. §. 1.

